

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Georg Raphael Albert Heinrich Bühren tho

## Ius Naturale Disputationum

Rostochi[i]: Richelius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732467764>

Druck Freier  Zugang



43  
Landes-Bibliothek  
Rostock i. M.

# JUS NATURALE DISPUTATIO- NUM,

Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ  
in Academia Rostochiensi,

PRÆSIDE  
**M. GEORGIO RA-  
PHELIO,**  
Lubenensi Silesio,

Publico placidoqve Eruditorum examini  
IN AUDITORIO MAJORI  
ad diem 25. Maii, Anno M. DC. IIIC.  
submittit

AUCTOR & RESPONDENS

**ALBERTUS HENRICUS**  
tho **BÜHREN**, Hamb.


Phil. & Jur. Stud.

ROSTOCHI,

Typis JACOBI RICHELII, Ampliss. Senat,  
Typograph.

28







VIRO  
PRÆ-NOBILISSIMO atqve CONSULTISSIMO,  
**DN. RÜTGER  
RULANT,**

Jcto Celeberrimo,

Patrono , Fautori , atqve Affini suo  
multis nominibus colendo,

Hasce ingeniali sui qvalecunqve primitias,  
Beato E jus Socero debitas ,  
punc ad Ipsum qvasi hæreditario jure pertinentes ,

*in amoris venerabundi testificationem ;  
mutuig confirmationem ,  
dedicat*

Auctor.

Nobi-

Nobilissimo, Politissimoqve  
VIRO,  
**DN. ALBERTO HENRICO**  
**THO BÜHREN,**  
S. P. P.




X qvo ad hanc Academiam, commendatus mihi à Theologo, multis magnisqve in Ecclesiam nostram meritis celebri, D. AUG. PFEIFFERO, accessisti, summâ cum delectatione, concitato quasi gradu, ad ea Te studiorum virtutumqve decora grassari animadverti, qvæ & Tibi laudem aliquando perpetuam, & patriæ Tuæ ornamentum planè insigne essent paritura. Erat Tibi indefessa, qvod oculis meis quasi quotidie adspexi, in ædibus meis conversatio cum viro, ad ornandas boinas literas nato quasi factoqve, M. GEORGIO RAPHELIO, SILESIO, ut ejus usū in eloquentiâ civili & politicâ, qvæ negotiis ætibusqve publicis animam veluti & spiritum reddit, inqve cæteris bonorum studiorum partibus promptitudinem acquireres & robur. Accepserat has artes RAPHELIUS à summi nominis viro, VINCENTIO PLACCIO, & propriâ industriâ ad qvod-

A 2

dam

dam deduxerat fastigium , ut jam ; anteqvam Academiz insereretur, docere easdem posset. Nunc cum iisdem & ingenii felicitate & acrimoniâ judicii cumulum adjecerit , Tu verò, BÜHRENI , unâ cum gravissimis juris studiis , conjunxeris & inextinctum sciendi ardorem & sedulitatem ad aliorum invidiam constantem , qvid de Te sperare aliquando non poterit Respublica , si suis Te functionibus admoverit ? Præcipue cum in his omnibus animum intra pectus Tuum geras , DEO , Patriæ , publicoqve egregio ita devotum , ut ne quidem deflectere ab honestatis regulâ , si velles , posse videaris. Quem cum RAPHELIO Tuo iterum communem habes , qui à severæ candidæqve pietatis tramite nunquam recedit. Dum itaqve uterqve & vires Vestras & Virtutes in omnium oculis explicaturi estis , impius sit , qui Vobis non gratuletur & ad DEum vota sua precesqve fundat , ut conatus Vestri & literarum in hac Academiâ studiis sint fructuosi & publicæ rei salutares , & Vobis metiis laudem concilient nunquam intermoriunturam. Vale , BÜHRENI optime. Scr. in Mus. XX. Maji. M DC XCIX.

JO. FECHT. D.



A 3

Diss.



Disputationum Officia Naturalia exhibitus, incivilius puto, Lectorem in lamine morari fastidiosa nominis explicazione. Qvis enim nesciat, aut non facillima opera, si cupiat, scire posse: Quid nominis sit Disputare? Qvod componatur ex Dis & Putare? Qvod significarit Romanis idem, qvod differere, exponere, declarare, defendere, colloqui, sententias conferre, scholam & sermonem habere? Unde Ecclesie Patribus eadem vox pro Concionibus usurpatur, notante Ferrar. de Ritu Conc. Sacrar. lib. 1. cap. 3. Conf. Gra- vii Pref. pag. 5. Ita nonnunquam idem est, qvod examinare. Calv. Lex. Jurid. p. 292. col. 2. in f. Et. in l. 2. §. 5. ff. de Orig. Jur. ex mente ejusdem Calvinii loc. cit. Disputatio fori denotat applicationem legum ad suos causas. Hodie Libellus materiam disputandam continens etiam Disputatio dicitur. Ex quibus significationibus usu receptissimam nunc amplector, ut ex ipsa Dissertatione patebit. Cujus contexenda rationem bisce paucissimis habeo. Ex Praeceptoris atque Patroni mei Summi, Dn. Vincentii Placci, Accessionibus Juris Naturalis Definitionem Societatis Disputatoria, ibid. pag. 156. exhibitam, assumsi, eamque latius per partes diduxi secundum methodum ipsius medicinalem. Unde quando in Dissertatione citatur Eth. significantur Dn. Placci Accessiones Ethicae: quando J. N. Accessiones Juris Naturalis. Ut vero ordo totius Disputationis cuiilibet facilius pateret, ejus Conspectum bacce Tabella exhibere volui.

CONSPE-

# CONSPECTUS TOTIUS DISPUTATIONIS.

Physiologia, Ubi Soc. Disp.	Definitio, §. I. ejusque explicatio, §. II. Origo, §. III.
	Materia, qvam constitunt Actiones, ib. n. II. Forma, §. V.
	Attributa Generalia, §. VI. instar belli, §. VII. Specialia, qvod naturalis, §. VIII. Disp. lit circumstantiarum derminationem habens, §. IX.
	Axiomata duo, X.
	Definitio, §. I.
Hygieine, ejus	Materia, Personæ separatae collocatae §. II. n. I. qvæ vel Operationes, §. II. n. II. Res, §. II. n. III.
	Forma, Theoretica, §. III. (1) vel Practica, §. III. (2)
	Attributum Raritatis, §. IV.
Nosologia, trahens	Definitionem, §. I. Species, §. II. Personæ, §. III. n. I. Materiam, qvæ vel Faculta- te ob destituta optime disputandi
	Vita Moralia, Intemperantiam, videlicet Impotentiā animi, Imimicitiam.
	Operations, §. III. n. II.
	Res, §. III. n. III.
	Formam, qvæ vel Theoretica, §. IV. (1) Attributum, §. V Practica, §. IV. (2)
	Leges optimarum & bonarum Disputationum principias.

Semcio.

Coneos- mitan- tia §. I.	Essentia- lia, qua- vel	Forma, in- notescens	Præsentia fi- nis mali	Generalis, Specialis.
		ex	Absentia fi- nis boni	Generalis, Specialis.
Semeiotica. Ubi Signa in specie Disputati- onis am- bitiose.	Materia , confide- rata ex	Operationum di- rectione	toto, §. I. (1) (2) (1)	Theoretica, Practica.
		Parte, quam constituant	Personæ	Agentes. Patientes.
		ib. (2)	ib. (a)	Initio.
	Accidenta- lia, sive cir- cumstantiae	Loci, §. I. (II) (1)	Operati- ones in	Continuatione.
		Temporis, ib. (2)	ib. (3)	Exitu.
		Auditorum, ib. (3)	Res, ib. (γ)	
Antece- denta	Generatim,	Vitiis Intellectualibus, §. II. 1.		
§. II.	Speciatim	Pravis Affectibus, ib. 2.		
	desumta	Vitiis Moralibus	Impietate, §. II. 3. (1)	
			Intemperantia, ib. (2)	
	ex	Comporishabi- tu, §. II. 4.	Impotentia Animi, ib. (3)	
			Injustitia, ib. (4)	
			Malis bonisve fortunæ, §. II. 5.	
Consequen- tia sive Effectus	Proximi, §. III. 1.	Vitiis Intellectualibus, §. III. 2. (1)		
	Remoti, cluentes	Pravis Affectibus, ib. (2)		
		Vitiis Moralibus	Impietate, (3)	
	ex		Intemperantia, ib. (4)	
		Corpore §. III. 2. (7)	Impotentia animi, ib. (5)	
			Injustitia, ib. (6)	
			Bonis malisve fortune, ib. (8)	
Therapeu- tica, sive Ratio Sta- tus Dispu- tationum Ambitio- sarū, con- fiderata	Generatim, quod sit	Obligans nos §. I.		
vel	Speciatim,	Heroica, §. II.		
	vel	Secundaria, §. III.		
		Nunquam mala, §. IV.		
		Leges positivas reqvirens, §. V.		
			Præparatoria, §. VI. (1)	
			Læsorum Præservatoria, ib. (2)	
	Disputan- tiū, eaq;	Immanens	Curatoria, ib. (3)	
		vel	Lædentium itidem triplex, §. VII.	
		Transiens	Læsorum erga lædentes, §. VIII.	
			Lædentium erga læsos, §. IX.	
	Tertiorū	immediata, (Læsos, §. X.		
	vel	erga Lædentes, §. XI.		
		Mediata, §. XII.		
	Qvibus omnibus	accedit Ratio Status Attollens, §. XIII.		

# PHYSIOLOGIA SOCIETATIS DISPUTA- TORIÆ.



## §. I.

Disputatio sive Societas Disputatoria est Com-  
meditatio sive Societas Commeditandi per  
putationes sive opiniones diversas, id est,  
propriè maximè loquendo, contrariè vel  
contradictoriè sibi invicem oppositas. J. N.  
p. 156. §. 7.

§. II. Societas Commeditandi est Societas  
Æquilibrium, (vel, ut æquilibrium invicem a-  
gentium;) se invicem adjuvantum discendo

J. N. p. 156. §. 7. Putatio sive Opinatio est assensus praestitus argumentis  
dialecticis. Eth. p. 92. §. 9.

§. III. Oritur ergo Disputatoria Societas ex merâ mentis huma-  
næ imperfectione. Hæc enim si abesset, recta methodo solaque veritatis  
intentione sine præconceptis opinionibus, & affectibus nullis distorta-  
mente progredientes omnes eodem modo judicaturi essent. Duran-  
te vero, proh dolor! animi humani hæc imbecillitate & judiciorum no-  
strorum diversitate, Disputatoriis Societatibus, qvibus colendis alio-  
qui operam navare non necesse haberemus, nunc plane est opus. Ni-  
tuntur enim Disputationes oppositione Opinionum atque conflictu &  
qvasi bello qvodam defensivo mutuo, licet amico neqve hostili, (si qui-  
dem omnia bene fiant) attamen simili multum futuro semper hostilitati,  
& ob imbecillitatem humanam facillime in eam abituro. Eæque  
Opinationes sunt in vias valde ambagiosas, & circuitiones nimis quam  
facile devias prorsus evasuræ absq; scientiâ solidâ, prudentiâque verâ, &  
charitate constanti. Qvandoqvidem Disputatoria Societas sola erroris  
remotione, & hinc per Accidens mere suborituræ veritatis aliqua, cœ-  
teroqvi non æque suboluturæ, suspicione excitata, ac qvasi aliqua in  
viam redeundi per devii cognitionem ab adversario indicata necessitate  
nos adjuvat.

## B

## §. IV. Mate-

# Materiam Disputationis constituant

I. Personæ omni quidem Ethico & Consortiali discrimine, omnibusque alioq[ue] modis diversæ, æq[ue] hic, atq[ue] in aliis Societatibus æqualitate accepta, quamvis nulla non inevitabilis aliqua inæqualitate semper laboreb[us], J. N. p. 152. §. n. n. 2. in eo tamen probe distingvendæ, & ita, ut æqvales in eo, in quo disputant, habeantur, quantum fieri possit, (nempe, ne alter Præceptoris, alter discipuli munere fungi, adeo-que hæc Societas Disputatoria in Societatem Didacticam abire incipiat) invicem considerandæ, qvod sint Disputantes, id est, putantes diversas sive in contrarium opinantes, non exercendi alterum gratia, aut jocandi, ut soepe fit; sed re vera & serio. J. N. p. 156. §. 7. Qvodque sibi invicem opiniones suas ad examinandum communicent, & novas oppositas cogitationes sibi mutuo excitando & novarum oppositorum cogitationum mutuam excitationem patiendo invicem adjuvent. In qvibus præsens earundem natura consortialis unicè consitit. Unde & personæ disputantes eatus distingvuntur, vel nomenclaturis adeo. Nam alter disputantium dicitur Proponens, qui Opiniones suas sive ut propositiones, sive ut argumentationes alteri impugnandas offert. Qui idem Respondens etiam vocatur, qvatenus respondere debet ad ea, qvæ contra afferuntur. Alter vero Opponens dicitur, qui contradicit opinionibus oblatis. Hos Disputantes igitur existentes acu personas esse necesse est, neq[ue] sibi quisquam adversarium, quem refutet, fingat solummodo. Nec cum incertis, & qvorum nulla plane ad nos pervenit hactenus aut per ventura impostorum est notitia, non nisi Convictum aut Conversationem disputantium solùm, qvæ plurimum à Disputatoria Societate distant, colere licet. Patet etiam, liberam disputantibus relinqvendam esse opinionum suarum mutuam communicationem, neq[ue] ipsos pœnis deterrendos aut præmiis deflectendos esse à proponendis dubiis, iisdemque masculè defendendis aut refutandis. Multo minus disputantes ipsi coeco amore ac pravis occupati aliorum præjudiciis se ipsos sponte adeo certi cuiusdam Magistri aut Doctoris sectæ mancipent, ut ipsius opinionibus imbuti & tumidi vel unum, idq[ue] gravissimum è maximis criminibus esse cepleant, ubi forte vel præter intentionem

tionem suam vix latum unguem à sui Doctoris sententia fuerint digressi.  
 Qui tamen, cum homo fuerat, adeoqve nihil humani à se alienum putare debuerat, labi atqve errare & à veritatis via surripi affectibus suis potuit omnino. Et qvæ plura Nosologiæ, qvo magis pertinent, partite percensenda reservamus. Ex jamjam dictis facile colliguntur requisita personarum disputaturarum specialiora. Oportet enim jam aliqua circa materiam disputandam vel populariter, imprimis si homines sint ingeniosi, intelligant, ut possint minimum cum ratione probabili circa illam opinari. Liqvet hinc ob morbum aut ætatem anima laborantes & materiae disputandæ plane ignaros, disputandi negotio minime aptos esse. Huc pertinet querela magni Morhofi, qvæ est Polyhist. Part. i. lib. 2. cap. 12. p. 456. Negvis existimet, dum Logicam adeo Tironi Academicō commendo, me illum in cathedras novum Sophistam detrudere, qui perverso nunc in Academiis more puris de rebus disputationes miseris & jejunas instituat, quarum ille ignarissimus est. Peccatis illa juventutis est, & tamen ille mos nunc ita invaluit, ut suum officium facere non credantur Doctores, nisi Disputationculis nugatoris omnia subsellia perstringant. Sunt, qvi loco letionum, qvibus principia ipsa explicari debebant, disputationes instituant inter tirones ridiculo profecto atq; inutili consilio. Et, paucis interjectis, subjungit etiam Caselli de ineptis ejusmodi & imprudentibus confabulationibus, qvod suo respondet, judicium. Conferatur etiam Christ. Thomas. Introd. ad Philosoph. Aul. cap. XV. §. 10. II. p. 235. & §. 22. Ubi & Respondentium & Opponentium ruditas perstringitur. Ut ut vero alterutro qvidem ru diore, aliquando juvari nihilominus potest doctor. Quandog; nempe est olitor valde opportuna locutus. Sed illud admodum rarum atqve fortuitum est, & ad paucissima & levissima plerumqve auxilia sola pertinet. Licet vero aliqua inæqualitas non solum locum habeat; verum etiam hic utique conducat scopo numero: attamen inæquales personæ ut æquales & hic considerandæ, vel per mutuam vicissitudinem redendaræ. V. Gr. si maxime in Practicis inæqualium affectuum disputantes adhibeantur, æque ac in Theoreticis, adhuc nondum demonstratis, sectarum diversarum opinatores, cœtera pacifici & bene disputantes: hoc ipso se invicem juvabunt. Ut ita considerationum diversitate ac opinionie tanto minus quid inconsideratum relinquantur. Ita laudantur in Sorberianis p. 222. Veneti, diversa ingenia consultationibus publicis adhibentes.

## PHYSIOLOGIA

bentes. Scientia vero materiae disputandæ ornati, cum sciant se scire, non disputabunt ultra, nisi per *σύνελάβασιν* forte, seu demittendo se ad captum & appetitum alterius non aliter erudiendi. Qvamvis isthac societas, alterutro tantum sciente, ob inæqualitatem personarum qvod ad materiae considerandæ cognitionem, potius Didactica sive Informatoria Societas appellari mereatur, altero ad alterius inscitiam vel ignorantiam tollendam, vel, id si commode fieri nequeat, certe minuendam, suam scientiam dirigente. Utrique vero si sint ita plene docti ac informati circa materiam disputandam, ut non nisi demonstrative uterque procedat: cessabit opinionum contradic̄tio & contrarietas, & è contrario summa Demonstrationum identitas habebit locum. Qvamobrem circa materiam disputandam demonstrationum habitu prædicti à Disputatoria Societate serua abstinebunt, vel ineunda. Qvin progressus etiam in Virtutibus Moralibus aliquis exigetur, & speciatim qvidem Studiositate, Eth. p. 356. §. 10. n. 1. & tum in genere qvidem in omni virtute Homiletica sive conversationi necessaria; tum in specie tanta, ut à confictu non afferantur in aliquem affectum inde, ut facile oriturum, sic indubitate perturbaturum animum disputantium, ne possit cernere verum. Denique huc etiam reqviritur, ut dubia eorumque defensionem & solutionem in suam dirigere possint utilitatem. Corpore etiam tali disputantes prædicti sint, necesse est, qvod ad communicandas alteri opiniones suas per loquoram, scripturam, &c. idoneum est. Adhac disputantes Velle debent aliquid ultra indagare circa materiam disputandam, certitudinis saltē, si non materiae novæ; & qvidem adjutorio illius, cum quo disputaturi sunt. Qvod adjutorium in eo consistit, ut proponenti dubia sua excitentur novæ cogitationes à respondentे, & vicissim huic ab opponente, dum suam opinionem defendit. Condisputantes proinde bene animatos erga se invicem esse oportet, ut tribuant alter alteri virtutes morales & intellectuales ad disputandum réquisitas.

II. Actiones, hoc loco, Communicationes Diversarum cogitationum mutuæ, eo tendentes, ut alteri alterius sententia circa materiam disputandam innoteat. Qvod fit ordinarie vel (1) Proponendo & confitendo opinionem suam, (2) Opponendo sive Contradicendo alteri, vel examinando opiniones alterius, (3) Respondendo sive examen examinis ulterius continuando, quantum opus est. Qvæ actiones

nes

nes omnes ejusmodi sint necesse est, ut per eas, tanquam auxilia mutua, disputantes se se invicem in novas circa materiam disputandam cogitationes deducant, & plane novam & ulteriore aut accuratiorem minimum pleniorumve disputandæ materiæ cognitionem mutuo sibi acquirant, erroribus remotis. Excludentur ergo Operationes Disputantium *Mere-Jocose* J. N. p. 117. §. 2. n. 1. non item *Joco-Seriæ*. Illæ enim tantum ad Voluptatem: hæ vero simul etiam ad utilitatem diriguntur. Item *Operationes Invitæ*, quæ per *Ignorantiam*, quæ per *Coactionem Eth.* p. 136. def. 26. 27. J. N. p. 117. §. 2. n. 1. Nec non *Impossible*s, quæ *Moraliter*, id est, *Turpes*, sive publicum & commune damnum inferentes, quæles sunt, quæ *Pietatem* laedunt aut *Intemperantiam Animis* *Impotentiam* inducunt, aut *Inimicitias* serunt: quæ *Physice*, quod per se patet. J. N. p. 117. §. 2. n. 1. Cumq; omnis Societatis operationes ad certum aliquem finem sint determinatae: hujus etiam ejusmodi sint necesse est.

III. Res sive materia stricte dicta. Quæ sunt Opiniones oratione externa vel typis etiam in medium prolatæ per propositiones, quæ Theses etiam vocari solent, sive Positiones à ponendi vel proponendi actu hic accedente. Qibus nominibus hic etiam conformatae in argumenta continentur. Requiritur autem, ut materia disputanda sit disputabilis suapte natura, hoc est, non impossibilis indagatu per se. *Frustra enim* (ut loquitur Danhawerus in Id. Bon. Disputat. Sect. 1. cap. 1. art. 3. §. 15. p. 33.) *Cotem ingenii novacula Logica acies ad penetrandum id, cui intelligendo prorsus non sis.* Quare disputandum de his solum, ad quæ humani ingenii acies pertingere potest. Greg. Nazianz. de Theol. lib. 1. p. 231. Et paulo post idem Greg. Nazianz. In summa, hac fine disputandum, ne supra summas fragilitatis nostræ vires quicquam attenuemus. Nedum socialiter & disputatu. Quod forte & aliquibus alias indagatu non usque impossibilibus quoque continget ob suam peculiarem naturam nunc non indagandam, neque tam manifesto certam. Ut adeo frustra de illa disputetur. Moraliter etiam materia disputabilis sit necesse est, & citra justam reprehensionem disputari possit. Quam merito illam materiam sub rationis incudem vocantes incurvant, ex qua vel sola adeo temporis jactura metuenda est. Qualis illa est quæstio, cuius affirmativam, quæ nonnullis Veterum placuit, decisionem miris modis exagitat Senec. Ep. 113. *An justitia, an fortitudo, prudentia, cæteræq; virtutes animalia sint?* Quæ proinde merito, si suo officio recte fungi

fungi velint, abstinent. *Quin potius* (Senec. loc. cit.) *aliquid utile ac salutare tractandum est, & querendum, quomodo ad Virtutes venire possimus, quae nos ad illos via adducat.* Doce me (sunt verba ejusdem Senec. ibid.) non an fortitudo animal sit; sed nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita convaluit, & omnes casus, antequam exciperet, meditando prædonavit. Eadem de causa de verbis etiam & nudis vocibus disceptandum non est. Nam de nominibus pugnare (ut verbis Galeni lib. 3. de Differ. Puls. mentem meam exprimam) nec ullum huic modum facere, nec necesse est, nec par, nec venia dignissima vindicetur. Philosophiam enim nec Iliod. Pelusiotæ (vid. lib. 1. Ep. 220.) nec cujusdam prudentis sententia consequi potest, qui in verborum pugnis & concertationibus operam suam collocat. Nec igitur materiæ disputandæ veritatem. Multo minus de iis materiis disputandum est, quæ, si vocentur in dubium, certa aliquod ac manifestum periculum patituræ sunt atque offendiculum, tum in se; tum respectu nunc disputaturis adhærentium peculiarium imbecillitatum. Quas partim vel Aristoteles adeo jam dixit coercendas pœnis, vel castigatione potius, quam responsione dignandas. Ulti ex loco Aristotelico Philosophiae Paræneticæ p. m. 263, à Guil. Mechovio allegato patet. Nam Aristoteles eos dicit, qui dubitant, sintne Dii colendi vel parentes amandi, pœna di-gnos esse lib. 1. Top. cap. 9. Huc etiam pertinet illud notissimum: negare principia impugnanda, neque contra negantem eadem differendum esse. De quorum illo ita Danhaw. in Id. Bon. Disput. p. 29. art. 25. pr. Appar-tia r̄m & ḡvōicas laborare, qui contra principia disputare vellet, ea vel revertendo vel in dubium frusim vocando; famosum in Philosophia proverbium est. Ut enim, quæ visui objiciuntur, vel sunt ipse Sol, fons luminis, vel corporis illius splendore induita: Ita, quæ intelliguntur, vel principia sunt per se lucida ac ævætōdeænt, vel conclusiones ex principiis naturæ. Quid si igitur principia sua & nativa luce rident, negari δύω εστι nunquam possunt. Auditorii etiam ratio in selectu materiæ habenda est, monente id Greg. Nazianz. de Theol. lib. 1. p. 231. De his solum, inquit, (scilicet disputandum est) ad quæ humani ingenii acies pertingere potest, & quatenus conditio auditoris & facultas quiverit assequi: ne, ut intensior vox auribus, ut alimentum immodicum corpori, utque onera paulo graviora subeuntibus, terræ denique crebriores pluviae nocent: ita sane & auditares questionibus altioribus & quasi solidioribus

bus degravati depressique damni aliquid accipient. Cœteroqvi omnes adeo Theoreticæ Practicæque Materiæ & in Commeditationem ullo modo cadentes , modo sint usui futureæ aliquando , vel saltem *in servante indagationi naturæ* , ac *essentiæ rerum accuratiori* , Danh. Id. Bon. Disp. §. 15. p. 34. ab opinantibus circa eas possunt ventilari. Imo qvod ad certitudinis rationem etiam illæ , qvæ per se manifestissimæ sunt certissimæque. Qvo sensu interpretari licere arbitror in bonum illud Carthesii: *de omni re semel in vita dubitandum*. Nempe Philosophica dubitatione & qvæstione, ut sciamus, unde nobis illa certitudo, vel qvod vigilemus, non dormiamus , imo existamus , nedum, qvod DEus existat. &c. Qvamvis interim non dubitem aut disputem , qvod vigilemus aut existamus.

§. V. Forma Disputatoriæ Societatis consistet in mutua Directione omnium , qvas in hanc societatem cadere modo §. 4. prolixius materiam considerantibus nobis explicatum est , operationum ad finem Disputatoriæ Societatis impetrandum , & erroris remotione ulteriore aut accuratiorem certioreme materiæ disputandæ cognitionem invicem acqvirendam ac promovendam. Erit igitur ea ipsa Disputatoriæ Societatis Forma , examinis vel contrarie vel contradictorie oppositarum hinc inde opinionum , qvæ ex pacto mutuo , imo & qvæ ex contractu inita , ad significandum invicem , adeoqve mente & ore collaborandum consociatio , sive alterutra ex parte & unilatera sola , ut alter opponat , alter respondeat solum : sive reciprocata , ut utriqve & oppositio propositionis & responsio præstetur. Unde *Quasi-Composita* jam Materialiter qvod ad actus iplos disputantium Societas sit evasura. Hæc auxiliatio qvotupliciter fieri qveat , ex Logicis examinum horum eoqve tendentium rationum variis generibus & speciebus , eorumq; regulis di- scendum : qvomodo vero qvam optime fiat , ex Hygieines modo proponendis præceptis demum poterit constare , facto ex omnibus optimorum selectu.

§. VI. Disputatoria Societas generis sui ratione omnia naturalia superiorum Societatum continebit , speciatim *Commeditationis J. N. p. 156. def. 7. Societatis Privatae* , *J. N. p. 154. §. IV. Simplificis* , *J. N. p. 155. §. 5. 6. Aequalis J. N. p. 152. §. 11. & Societatis in genere J. N. p. 148. §. 1. compræhendit. Societas vero omnis cum ex pluribus commerciis constet ; eorum notabiliora & intellectui facilior*

ciliora visa huc applicabo. Qvamvis enim nomina specierum commerciorum in hac materia usurpari non soleant : Commerciū tamen Literarū in genere dicere consuevimus, qyoties scrutandis naturā arcanis aut artibus atqve scientiis expoliendis per literas mutuo à pluribus uno simul ad se juvandum invicem opera studiumqve impenditur. In disputationum naturam qvoqe possunt cadere per Accidens omnia *Commercialia*, qvæ ideo hic omittuntur. Earundē vero instar erit *Conviētus* disputantium , siqvis alteri nescienti vel ipse nesciens per literas dubium adimat: & *Conversatio*, qvæ etiam coram agentibus erit cœbrior & ordinaria , certe non poterit abesse. Postremo , omnium hactenus enumeratarum specierum summum genus est *Consortium* , J. N. p. ii. def. 1. à disputantibus initum, qvod, tantum abest, ut actu à Disputatoria Societate separari qveat , ut ne cogitando quidem à verâ Disputatoriaæ Societatis, & eam constituentium Commercialium natura sejungi possit. Generalissimæ Divisiones omnium Consortiorum in genere Consortiis Disputantium percommode applicari possunt. Qvæ proinde alia aliis *lationē & strictionē* J. N. def. 5. p. 12. *Arctiora & laxiora* , J. N. p. 12. def. 6. sunt. Consortium Disputatorio opponitur *Dissortium* Disputantium , J. N. p. ii. def. 2. Consortium Disputatorum jam coeptum ex totô solvit *Dissolutione* , J. N. p. 12. def. 4. ex parte vero *Separatione* , J. N. p. ii. def. 3.

§. VII. Disputationes sunt instar belli qvod ad media : instar pacificationis qvod ad finem spectatæ. Nam opinionum ille confictus ad unum veritatis finem hinc inde tendat oportet , adeoque utrinque concordia finis erit , secus ac in vero bello.

§. VIII. Disputatoria Societas naturalis est  
 (1) ob suam *Inevitabilitatem* J. N. p. 149. tb. III. n. 1. Nam inevitabilis aliquva disputatio mortalibus vel conversantibus , nedum sociatis , invicem existit, propter dissensus naturalem ex corruptela mentis atqve affectuum orientem pronitatem , & opinionis pro scientia & experientia certa substitutionem , necessariam in obscuris , & impenetrabilibus adhuc , neqve scientia solida pernoscendis. Hinc Danhaw. in Id. Bon. Disp. p. 7. §. 1. Cum homo natura sit animal συγκοινωνικόν , qvod omnem vitam in mutua conversatione fallit: fieri autem nequeat, de rerum veritate omnes convenire , proinde ut de precio in velabro olearii: binc oriuntur certamina ficta , uno afferente id , qvod in questionem venit, altero negante: idq; ita comparatum est ex naturali necessitate.

(2) Ob

SOCIET. DISPUT.

(2) Ob utilitatem, J. N. p. 149. §. III. n. 2. suam, oppido insignem, si-  
quidem ex Hygieines legibus quam optime instituatur. Nam si homo  
(sunt verba Danhaw. loc. cit.) ut à natura videt, sic à natura omnem  
veritatem scire posset, si investes etiam pueri statim Philosophi essent,  
tum nulla opus foret ulteriori disquisitione: at major mentis nostræ ca-  
citas est, cui artificium Analyticum denegare, quid est alind, quam ho-  
mini coco Medicinam invidere? Et, paucis interjectis: Perperam igitur &  
minus Politice swadet Bodinus, ut leges in republica fennuntur de abro-  
gandis disputationibus circa religionem. Id enim esset lege prohibere Me-  
dicos à cura morborum, atq; ipsam natum cogere velle, cum tamen le-  
ges fieri non possint, nisi de iis, quæ in nostra sunt potestate. Vide solu-  
tas ibidem Objectiones, quod disputationes scholasticæ sint quasi flagra  
publicarum turbarum, & veritas iisdem intricetur, non extricetur.

(3) Ob naturalem hominis aptitudinem, J. N. p. 149. tb. III. n. 3. ad e-  
am per Gestus externos, imprimis vero per loquaciam, & nonnunquam  
etiam per scripturam.

(4) Ob instinctum naturale, J. N. th. III. n. 4. collatione opinionum  
indagandi veritatem. Qui hominibus, qvo melioribus, eo major inesse  
deprehenditur. Qapropter sanum disputandi usum qui tolleret, (ut  
verbis Joh. And. Schmidii, quæ sunt in ipsius Disquisit. de Var. Disput.  
Procl.) is profecto naturam expellere tentaret, quæ tamen usq; recur-  
rit. Totus quippe Philosophorum chorus naturale sciendi desiderium no-  
bis inditum esse ingeminat. Illud vero momento terminum attingere ne-  
quit, cum veritas sit instar pali in humum altissime defixi, qui, nisi in  
utramq; partem moveatur, evelli vix poterit. Igitur præcedat, necesse  
est, amica disputatio, quæ nobis viam sternat ad veri falsique dis-  
cretionem.

§. IX. Quamvis vero Disputatoria Societas per se generatim na-  
turalis sit: in praxi tamen, circa singularia mera versante, habet super-  
accidentem determinationem circumstantiarum personarum, rerum, a-  
etuum, in qualitate, quantitate, modo, &c. arbitrariam ex libera vo-  
luntate disputantium faciendam. J. N. p. 119. tb. II.

§. X. Axiomata prima duo hic seqventur:

(1) Disputatoria Societes in se sunt non malæ, nec injustæ, aut vitio-  
se moraliter, vel contrariae Juri Naturali reputandæ, adeoque omnino  
cum omnibus suis adminiculis eatenus promovendæ.

C

(2) Ut

(2) Ut non vitandæ in se nec impediendæ sunt : ita, quantum fieri potest, minuendæ & reformandæ ita, ut in Commeditationem abeant.

## HYGIEINE DISPUTATORIÆ SOCIETATIS.

§. I.

**O**ptima Disputatoria Societas ea est, qvæ finem sibi propositum optimum pro sua qvæq; natura optimis mediis optime qværit. Nempe prudentissimo artificio qvod ad materiae selectum, & qvod ad Logicam operationem, Charitateqve omnimoda. Qvæ omnia, qvo specialius deducentur, eo plus ad praxis proderunt, & ad Systematicam plenitudinem accident.

§. II. Materia sunt I. Personæ, id est, Disputantes Optimi qvod ad Facultatem & Voluntatem ita recte disputandi. Qui dupli modo considerari possunt (1) ut separati. (2) Ut invicem collati. Qvod ad primum attinet, oportet, ut in ipsis compareant, præterqvam qvæ ad hujus Societatis existentiam jam supra Physiologiz §. 4. requisitæ sunt, omnes omnino Virtutes, tam Intellectuales, qvam Morales. Utpote qvarum nulla non, sola excepta disputandæ materiae jam accuratissimè notæ nec ultra indagine tali qværendæ (vid. Physiol. d. l.) Scientia, hic omnino necessaria est. Personas tamen Disputaturas Optime Scientia Logica, Eth. p. 94. def. 6. ornatas fore, patet. Nam (ut Magni nominis Morhofius Polyhistoris Part. i. lib. 2. cap. 4. p. 340. ex Bac. Verulamii lib. V. cap. 1. de Augment. scientiarum refert) rationales scientiæ reliquarum omnium claves sunt. Et quemadmodum manus instrumentum instrumentorum, anima forma formarum : ita & illæ artes artium ponenda sunt. Negò solum dirigunt ; sed & roborant : sicut sagittandi usus & habitus non tantuu facit, ut melius quis collineat ; sed ut arcum tendat fortioriem. Nec non Scientia perfecta jam erit Experientia, Eth. p. 101. def. 2. eaqve firmata habitu, qui est Peritia, Eth. p. 101. def. 3. Et Arte disputandi, p. 126. def. 6. de qua peculiares extant Tractatus, ornati erunt. Adhac Sagaci, p. 105. def. 19. Conjectum, def. 17. singula argumenta in medium prolata promte assequentur, prædivinabunt, interpretabuntur. Rectissime igitur Danhaw. in Id. Bon. Disput. p. 36. n. 2, p. 37. n. 3.

n. 3. in Optimo Disputatore reqvirit Judicij Acumen & Ingenii ac Memoriæ Celeritatem. In eo erunt etiam maxime seduloqve curabunt, ne Malevolentia aut Odio injusto, aliove pravo coeoq; affectu duci, iniqva in semet invicem, & qve ac auditores, & alios etiam, imprimis magni nominis Viros, *Censuram*, *Etb. p. 110. def. 5.* peccent. Inq; eo haud vana levisq; opera ab ejusmodi disputantibus, qvemadmodum dictamen sanæ rationis præcipit, collocabitur, ut ne ipsi improbas & publicæ rei noxias communicando opiniones suam contaminent *Conscientiam*, *Etb. pag. iii. def. 13.* & alienam. Non igitur ambigendum esse censeo de adhibenda in disputando *Prudentia*, *p. 116. def. 1.* Qvam hic vel nominasse sufficiat. Nam de ejus insigni hoc in casu necessitate pariter atq; utilitate infra Sect. III. se se offeret fusijs atq; prolixius differendi dispiciendiq; occasio. Omnigena etiam Virtute Morali, imprimis Homiletica, disputantes præstituros esse, affirmandum est. Sicuti vero principium & causa rerum omnium prima atq; potissima ipse est DEus: ita virtutum fons & Origo omnium habenda est Pietas. Utpote qva erga DEum & proximum & erga semet ipsum plene ac semper observata, omnes omnino & Animi & Morum Virtutes continentur. Qvamobrem *Pietati*, *p. 392. §. 1.* vel ipso disputandi actu durante, operam disputantes imprimis navabunt, siq; in DEum muneris atq; officii nunquam non recordabuntur. Imprimis si de ipso DEO rebusque Divinis disputare velint. Non enim (inquit Nazianz. de Theol. lib. i. p. 231.) *cujusvis est, non, viri Christiani, de DEO disputare, non, inquam, cujusvis.* Non adeo hæc res est vilis, & eorum, qui etiamnum humi serpentes terrenis studiis occupantur. Internam vero præcipue, à qva omnis Externa pendet Pietas, mente sua Pietatem, *Etb. p. 344. §. II.* colent, semper, qvoad fieri potest, de DEO cogitando, & ad ejus Amicitiam, in qva Summum Hominis Bonum consistit, omnes suas operationes dirigendo, & nunquam illius memoriam animo sibi excidere patiendo. Cumq; teste Danhaw. in Id. Bon. Disput. p. 35. art. 5. §. 16. pr. Disputatoris optimi voluntatem exornare pietas debeat, qvæ nisi familiam ducat, partus non nisi degeneres nascentur: hinc in eo *Voluntatio Pietatem necessario ac primo exigendam*, cum Danhaw. eodem loc. cit. in f. existimo, animam sapientiæ, ejusq; condimentum. Observabunt igitur itidem *Pietatem Affectuum*, *p. 348. §. VI.* qvos cum inter disputandum ad DEum dirigendos esse Naturali Juri congruit: tum etiam ante jam eo assuetos esse oportet. Maxime, qvi de rebus

rebus sacris disqvirunt. Quando id corum tantum est, teste Nazianz.  
 loc. cit. qvi jam ante & corpus & animum ab affectuum sordibus purga-  
 rint: aut minimum jam sint in hoc toti, ut se hac vita puros reddant.  
 Nam ut parum feliciter cesserit, si morbosis oculis in solares radios in-  
 tueri coneris: ita impurus ipse summa puritatem non sine periculo at-  
 traharis. Qvod si Mensis & Voluntatis sive Affectuum Pietas adsit,  
 sponte sequetur Pietas Externa, Eth. p. 349. def. 1, qvæ nulla alia ratione  
 ut disputetur permittet, qvam qvæ DEO placitura esset, si ipse dispu-  
 tantibus interesse oculis nostris corporeis conspiceretur. Disputaturam  
 igitur & odio futuram DEO rixandi potius, & more anicularum alter-  
 candi, conviciisque mutuis semet utrimque afficiendi, qvam conferen-  
 di sententias, differendiisque rationem toto pectore abominabuntur, qvi  
 disputantium & nomine sunt aliquando pariter atqve munere functuri.  
 Cumqve à DEO, Supremo omnium rerum Moderatore atqve Arbitro,  
 sint nobis agendi capienda primordia, testante, eti gentili, Cicerone  
 lib. 2. de Legib. hinc nemini non disputantium, anteqvam disputare in-  
 cipliat, Precibus à DEO Petendi necessitas vel suo etiam judicio incum-  
 bet, ut bene, piè, laudabiliterque, & cum fructu disputetur. Eth. p. 351.  
 def. 9. Nec id in hodiernis nostris disputationibus consuetis negligitur,  
 Sed bene ac sapienter (ut Parodia Pliniana utar) majores instituerunt, ut  
 rerum agendarum, ita Disputandi initium à precationibus capere: qvod  
 nihil rite, nihilq; providenter homines sine DEI immortalis ope, consilio,  
 honore auspicearentur. Plin. in pr. Panegyr. ad Nerv. Trajan. Qvod si  
 quando in aliis congressibus, excutienda opinionis alicujus gratia institutis,  
 id minus observetur: vel gentilis Plato in ruborem nos Christianos da-  
 bit. Qvi differendi facturus aliquando initium sequentia verba usurpa-  
 visse legitur: Cum omnes, qui mentis quoquo modo compotes sunt, in o-  
 peris cuiuslibet vel parvi vel magni principio invocare DEum soleant:  
 quanto nos æquius est, de universo, sive genitum sit sive ingenitum, di-  
 pluratueros, nisi forte despissimus, implorare opem Divinam. Inde sub-  
 jungit invocationem, ut ea dicantur, qvæ DEO placeant, & ut sibi con-  
 stet. Plato in Timæo p. 1046. D. Neque ulla res tam minuta ipsis vide-  
 bitur, qvin eam cum precatione incipient, vel Xenophontis exemplo.  
 Qvi lib. 1. de Poëdia Cyri: illud minime ignoratis, inquit, me non solum  
 in magnis rebus: sed etiam in parva semper à Diis immortalibus initium  
 facere. Tanto magis vero precum auxilio in hac societate indigere se  
 arbitra-

eugen

8. 3

arbitrabuntur, qvanto propius ejus natura ad bellum accedit, ex eaqve etiam in id lapsus est maxime proclivis. Qvare recte tu quidem mones (verba sunt ejusdem Xenophontis in Oeconomico) omnem à Diis actionem potissimum auspicari oportere, tanquam pacis ac belli studiis imperantibus. Ad hæc Optime Disputantes DEum Revereri & singulis gestibus ac vocibus Internam DEI Venerationem testificari cordi erit. Eth. p.351. def. 10. Dolendum qvoque est, etiamsi disputantes ad singula verba qvam diligentissime studiosissimeque attendere studeant, omnesque suas cogitationes ingeniique nervos pro virili in id unice, ut ipsorum muneri satisfiat, defigant: nihilominus vel nescientes aliquando in DEum peccare, & in alias regulas Juris Naturalis, qvibus observatis & in succum & sanguinem conversis demum recte, probe, pie, morate, atqve cum laude disputabitur, impingere, adeoqve Supremum Numen debito honore atqve cultu, debitaqve Veneratione ac animi submissione privare. In omnibus omnino igitur disputationibus opus se habere intelligent, ut precibus ad DEum directis veniam erroris petendo DEum sibi propitium atqve placatum reddant. def. 11. Qyam in rem non possum, qvin adscribam locum maxime notabilem, & exemplum omnibus omnino piis imitandum D. Philip. Jac. Speneri in Præf. ad Hodosoph. D. Joh. Conrad. Dannhaweri in Tabb. redactam p. 55. Disputationem pro gradu, inquit, ut loqui amant, Candidatus sub Celebri Theologo (qui ut ergo abhuc per DEI gratiam vivunt) habuerat, cui ipse etiam & quidem Opponentium unus interfueram. Hac terminata, cum pro more confessum gratiarum actione solveret, Divinamqz, qvæ studia ad hanc metam perduxisset, clementiam prædicaret Candidatus, demum veniam à Patre Cœlesti rogabat eorum etiam peccatorum, qvæ in ea Disputatione commissa forent. Ingenue fateor, hoc auditio, tanquam aliquo fulmine animum meum taetum fuisse, qvi tot conflicitibus literis ad id usqz tempus interfuissem, jam inter congregidentes, jam Præses, jam inter auditores, qvod nunquam de eo cogitasse, in ipsis isti exercitiis toties peccari, nec deprecatus culpas illas effem, cum tamen mox menti se hoc offerret, sapis nec Præsidem, nec Respondentem, nec Opponentem, nec Auditorem, culpa vacare, qvam vario affectu inordinato contraberent. Ex eo vero tempore pugna illius nunquam spectator fui, qvin, qvod semel audiveram, aurem mibi vellicaret. Denique oportet etiam secundum Platonis rationi congruentem sententiam, Modernos esse illos, qvi ad di-

*Spitationis studium adsciscuntur.* Plato lib. 8. de Republ. p. 708. *Temperantiae, Eth. p. 352.* igitur, anteqvam cum altero congredi audeant, utiq; existimabunt studendum esse, ut isthac jam præsent, arenam disputatoriam nunc ingredientes. In eo vero imprimis toti erunt, ut *Vivendi*, p. 353. def. 2. aut *Voluptatum Humanarum*, def. 3. *Corporisve Bonorum*, p. 354. def. 2. *moderata Cupidine & externorum corpori suo sustentando necessariorum*, def. 3. ad investigandam rei veritatem accedant. Nec non *Studioſitatis*, p. 356. §. X. def. 1. rationem habentes, in affirmando, negandoq; *Judicij Moderatione* utentur. p. 359. def. 2. *Modestiam* itidem præ se ferent in disputando, Eth. p. 359. def. 4. ne potius famam atq; auctoritatem differendo sibi disputandoq; acquirere: qvam mutuum adiutorium præstare videantur. Præterea disputantes de semetipſis *Moderate judicabunt* atq; sentient, p. 360. def. 1. ne vix plebeja, populari atq; confusa disputandæ materia notitia instructi, infallibilitatem, scientiam, atq; ab erroribus immunitatem sibi imaginentur, def. 2. Qvo neglecto officio, & immemores dicti Plutarchiani: *non tantum egregium esse, scire vincere: sed etiam posse vinci pulchrum esse*; Plutarch. de Educat. Liberor. cap. 14. §. 6. & nimium pertinaces erunt in defendenda opinione, dum se vinci ab aliis ægre patientur, & quidlibet potius organent, qvam cessisse videri velint. *Egregia scilicet res est*. (ut verbis uttar J. A. Schmidii, qvæ habet in Disquisit. de Variis disputandi Processibus) *ultimam obtinuisse responſionem!* Semper mibi alta mente repositus manebit mos ille, à B. Stahllo in disputando servatus. Is vel veritati lubens manus dederat, vel argumentum solitu difficile exposuerat ulteriori disquisitioni. Hoc demum est rite philosophari, si disputationes nostras ad centrum veritatis dirigimus; non ubi querimus ab imperito Studiosorum vulgo digito monstrari & dicier: hic est. Neque vero hæc ita à B. L. accipi velim, quasi promiscue & statim, simulatq; alter, licet minus sufficienter, respondit, alteri concedere liceat. Qvin potius, anteqvam dubium ex voto ipsius solvatur, minime transeundum sibi statuet in castra adversarii, cumq; ipso idem sentiendum. Qvodsi vero ad argumenta rectissime responſum, & ratio dubitandi animo disputantis ab adversario plene exempta sit: tum demum ambabus, ut ajunt, manibus oppositam nostræ sententiam candide, aperte, cum gratiis amplectetur. Eth. p. 360. def. 3. Adhæc, tam disputatione nondum inchoata; qvam inter disputandum erunt *Spei & Fiducie pleni*, Eth. p. 361. §. III. Qvibus

Qvibus nimis indigentes vel partes suas misere tuebuntur, vel etiam Spartam sibi impositam quandoque plane deserent. Cumq; sine reprehensione disputari, teste experto disputationum Cicerone lib. I. cap. 8. de Finib. Bonor. & Malorum, non possit: differentium inter se reprehensiones, eodem Cicerone approbante, non sunt vituperande. Cic. ibid. Amicam igitur contradictionem, utpote qvæ ad bonum finem, Veritatem videlicet & majorem circa materiam disputandam cognitionem atque certitudinem tendat, uterq; Patienter feret, Eth. p. 261. §. IV. def. 1. & molliter ac blande exercebit, Eth. p. 371. def. 6. Nam disputationis optimus modus est, ut ipsi vicissim concedant & considerent. Vid. Plat. Dial. I. de Republ. Si qvæ forte de re maximi momenti (v. gr. de veritate religionis Christianæ contra adversarios defendenda) disputando Veritatem investigantibus mala atq; infortunia metuenda sunt: hæc eqvo animo sibi ferenda statuent, Eth. p. 361. §. V. Neq; iræ, undecunq; illa oriatur, moderari intermittent, Eth. p. 362. §. VI. Hinc etiam aliorum de se prava judicia nihil morabuntur. Ut pote qvæ ex odio, Malevolentia, aut Invidia plerumq; cum sunt orta: non magis ad eos, qvam aliena vitia pertinent. Denique observabunt, oppositis opinionibus examinandis mutuam jam ipso actu operam impendentes, erga se invicem qvam exactissime Justitiae Charitatig; præcepta, eorumq; nullum non semper ob oculos habebunt. §. I. Qvod ipsum fiet præcipue atq; pri-mario, optime de se invicem cogitando, summamq; Animi ac Morum Perfectionem, qvanta in hac Societate locum habere potest, mutuo sibi tribuendo, Eth. p. 364. def. 2. Neq;ve, omissa vel insufficienter adhibita ratione, opinionem alterius improbabunt atq; rejicient, def. 3. Unanimiterg; etiam in eo consentient, ut sese invicem disputando meliores reddant. §. IV. Nec non Amore, Benevolentia, & Veneratione mutua se prosequentur, Eth. p. 365. def. 1. 2. &, qvemadmodum alterius errore merito contristabuntur, p. 366. def. 4. ita illius remotione gaudebunt, Eth. p. 365. def. 3. Pudebit etiam, ineptiis aut vaniloqvio, aut iis, qvæ ad rem nihil faciunt, tempus terere, & ea proloqui, qvibus alter aut lædatur, aut offendatur, aut corruptatur, p. 366. def. 6. Longanimi, Eth. p. 366. def. 8. etiam erunt, neq;ve facile in excandescens, def. 7. erga acrem & fervidum adversarium. Qvin potius ejus Zelum & Amorem erga veritatem impensiorem imitabuntur. Hoc enim pacto dispelletur nausea auditoribus (verba sunt Danhaweri in Id. Bon. Disput. Sect. I. cap. I. art. 5. §.

16. p. 37.) qui quidvis patientius laturi videntur, quam frigidum disputatorem, qui tantum non super argumento aliquo indormiat. Absit, ut Respondens irascatur ita affectio Opponentis. Prodit enim hac sua ira intemperie, se vel iniquo erga veritatem animo esse, vel cause sua diffidere. Irasci sane non est argumenta solvere: sed incitiae latibulum querere. Neque diffident, invicera disputando alterum ab altero adjuvari posse: sed veritatem mutua ipsorum opera impetratum iri omnino sperabunt, Eth. p. 366. def. 9. Ad hæc Veritatis, Eth. p. 367. §. VII. amantes idem loquuntur & sentient, Morumq; ac Animi Ingenuitatem, Eth. p. 368. §. IIX. contentes, Obscuritate omni Verborum atque Sermonis ambiguitate abstinebunt. Placet enim (cum Daushaw. loquitur loc. cit. p. 38. §. 17. pr.) in oratione perspicuitas. Prohibitam etiam externo opere, Eth. p. 368. §. IX. prudent, neque sibi licere quicquam arbitrabuntur, quod Humanitatem, Eth. p. 369. def. 1. in omnibus disputationum partibus probe & quam diligentissime observandam, ulla ratione violet. Quamobrem & Voce, n. 2. & Gestibus, def. 2. Civilitatem ab ipsis exprimi debere omnino sibi persuadebunt: & ut Eleganter, ita Decenter, Eth. p. 370. def. 3. & Graviter, Eth. p. 371. def. 4. Venerab; def. 5. ab ipsis esse disputandum. Accommodare, def. 6. etiam se sibi met invicem, & mediis ad id ipsum aptissimis amore sibi mutuo conciliare noverint. Non igitur contentiosarum muliercularum prava consuetudine rixabuntur. Nam nimium altercando veritas amittitur, (ut habet Publ. Mimus) non obtinetur. Porro, non obstante Societatis nostræ æqualitate, uterque disputationis modo Doctoris munus, Eth. p. 374. §. XVI. in se recipient; modo Discipuli vices & munia, Eth. p. 377. §. XX. def. 1. obibunt, sibiique invicem & Dominabuntur, Eth. p. 374. §. XVII. & Morigerabuntur, Eth. p. 377. §. XXI. Imprimis autem probationes & illustrationes modestè petent, def. 3. vel si sponte offerantur, acceptare non detrectabunt, Eth. p. 374. §. XIX. def. 2. Cumque haud quaquam exiguum sit beneficium, quod mentem & animum ipsius emendando in alterum confertur: hinc sane notam, vel ipsis judicantibus, merebitur, qui hanc alterius in se operam, amorem, ac benevolentiam non agnoscat. Mutuo igitur se redamabunt, Eth. p. 378. §. XXIII. Remunerando, §. XXIV. vel, hoc si fieri nequeat, Reverendo, Eth. p. 379. §. XXV. Cumque, etiamsi omnibus viribus in eo sint, ne quid faciendum omitteant, vel omissendum faciant, nihilominus vel ignorantes, imo, vel adeo

deo inviti aliquando labantur: hinc nunquam non uterque ipsorum vel Reparando, Eth. p. 379. def. 2. vel Deprecando, p. 380. def. 3. Expiandi, Eth. p. 379. S. XXVI. def. 1. alterum necessitatem sibi impositam absque ullo dubio censemunt. Corporis etiam bonis, ne quid omittere videar, instructi erunt, qui Optimorum in disputantium numero haberi velint. Puta, partibus corporis omnibus in hac nostrâ Societate qvomodocunque usui futuris, Eth. p. 216. def. 3. Vakitudine non afflita, Eth. p. 218. def. 15. Lingua non hæsitate, auditu visuque, si scriptis forte aut de te visu judicanda disputetur, Eth. p. 219. def. 21. 23. &c. Imo, & gratior ex pulchro corpore virtus, quæ venit, & suavior, Eth. p. 206. def. 6. Etiam Bona Fortunæ ad Optime Disputandum non nihil quandoque condicunt. Primo enim Amicis opus est, Eth. p. 314. def. 5. Nam, quamvis etiam cum Inimicis disputari possit: tamen ea non erit optima Societas. Deinde, si Fama, def. 6. etiam polleant, & hoc interdum etiam ad rem, ut conspectior sit virtus. Qvo etiam Liberiores, & ab aliorum coactione in communicandis invicem sententiis magis immunes sunt, p. 315. def. 9. eo rectius disputabunt. Locum quoque habebunt a turbis & vulgo hominum remotum, ne acclamationibus intempestivis aliòve strepitu detimenti quid ipsorum commeditationes, imprimis subtiles, capiant. Eth. p. 288. def. 4. Nec Divitiarum omnino nullus erit usus, def. 3. Qvod vel Joh. Pici Mirandula exemplum satis demonstrat. Quithes edidit nongentas in omni scibili, quas Romæ publice affixit, ea conditione, ut ex toto orbe docti confluenter, ipsius Mirandula sumptibus. Cornel. Mart. de Analyt. Log. cap. 1. p. 39. Qvod nisi opulentus facere non potest. Sic Meccenatum Favor excitat ingenium. Quæ hactenus dicta sunt, ea Facultatem Optimam tantum probant, cui jungatur oportet, Optime disputandi Voluntas, sive exercendi suam Facultatem optime ad commune utrumque bonum, &c., si fieri queat, etiam, si dantur & adsint, Extraneorum, sive extra hanc Societatem positorum aliquam plurimorum, quos Tertiolum nomine licet designasse. Non corpore igitur tantum adesse contenti, animum mentemq; aduent, ne id, quod turpissimum est, disputando non evitent, quin ad id facile deducantur, ut saepe sibi ipsis repugnant, Ficin. in Plat. Protagor. sibiique mutuo quam diligentissime attendent. Eth. p. 144. S. X. def. 1. Et materiam dignam esse, certi erunt, de qua tantopere disputetur. Eth. p. 146. def. 3. Amore etiam erga veritatem (scilicet materiæ disputandæ)

*impensiori* (ut Danhaw. in Id. Bon. Disp. p. 37. n. 3. ait) *praditi erunt*, Eth. p. 146.  
*def. 5.* *6.* *rebusq; indagandis non mediocriter se oblectabunt*, Eth. p. 147. *def. 11.* *Veritatisq; circa substratam materiam haud levi desiderio studiog; tenebuntur*, Eth. p. 149. *def. 21. 24.* Inqve illius ulteriore inquisitionem si Zelo ferantur, *def. 22.* quo (approbante Danhaw. loc. cit.) *desitui negreunt*: qvam optime disputationi suus fructus, ipsisq; disputatoribus constabit. Sicut enim (ut Danhaw. loc. cit.) *ira eos fortitudinis esse perhibetur: ita zelus veritatis*. Adhac eresto fidentiq; ac spei pleno animo rem ipsam aggredientur. Eth. p. 149. *def. 25. 26.* Arctissimoq; amoris vinculo sibi conjuncti erunt, Eth. p. 307. *def. 10. 11.* Nec sibi bene monentibus mutuo obtemperare erubescunt, *def. 12.* imo, gaudebunt, tanquam de optato profectu, &c., qui invicem sibi faveant, Eth. p. 308. *def. 19.* seqve mutuo emulabuntur, *def. 24.* Gratig semper animi beneque invicem affecti mutua edent indicia, *def. 26.* Hactenus considerati sunt, qva Separati. Nunc conferendi sunt invicem, qva pares. Qvæ paritas quo major haberi possit Optimorum Condisputantium, hoc erit utilior ea Societas. Minimum certe principiis convenient, non modo primis, cum qvibus omnes convenimus, qvibus mens non laborat: sed universalissimis etiam illius speciatim materiæ, qvæ tractatur, saltim eruditis Propœdeuticis. Secus enim si sit, nihilq; noverit alter aut uterque de methodo disputandi, & alias veritatem indagandi, aut modo sciendi, aut definitionibus atq; principiis ejus scientiae, in qua versatur: tum nunquam ulla, nedum extemporali, disputatione ad aliquam veritatem occultam detegendam pervenient, imo, nec solidandam jam inventam. Qvin imo mens Philosophica laborabit hoc casu, qvemadmodum naturalis, axiomata generalissima non intelligenti.

II. Operationes secundum optimam disputandi facultatem & voluntatem executioni mandatae sive obitæ & consummatæ plene, nec in conatu mero, nedum irrito positæ singulæ & universæ omnes, numero ac repetitione suâ sufficientes essentiales, putâ, Opponendi Respondendi, qvin & Accidentales, Interpretandi, Percontandi, &c.

III. Res sive Materiæ disputationum aptissimæ selectissimæq; tum pro natura disputabilitatis sive aptitudinis, ut disputentur, in se: tum pro merito suo usuq; ut præ aliis disputentur: tum respectu circumstantiarum, ut his personis, hiscæ aciibus nunc possilibus, hòc tempore, loco, modo, &c. disputari præ aliis mercantur.

S. III. For-

§. III. Forma Optimæ Disputatoriæ Societatis est vel (1) Theoreticæ , nec alia quam exactissime Logica sive artis Logicæ , tum internæ , cogitandi ; tum Externæ , eloquendi Philosophice cogitata , recte compo- sitis præceptis undique conformis . Conf. Danhaw. in Id. Bon. Disp. p. 14.

§. 4. Hæc vero exhibebit & Opiniones propositas sive theses , illarumq; probationes quasque , & Oppositiones ex altera parte , illisq; deinde succedentes Responsiones singulas singulatim , quam distinctissime id fieri queat , plenissimeque ac planissime , partibus suis omnibus expressas ita significanter , ut nulla Occultatio , quæ Logisticæ Cryptis dicitur , in iis- dem relinqvatur , unde mens alterutrius disputantis in alium , ac debebat , conceptum averti , aut minus , quam debebat , assequi mentem condisputantis adiligatur . Sed probe notandum est , ad commeditationis me- lioris & Scientificæ similitudinem , disputandi actus singulos ac universos quam proxime reduci oportere . Utpote à quâ per imbecillitatem mem- ram recessit hæc commeditationis species . Unde adeo multa liceret a- lia deducere , nisi ad Logicam artem disputandi ea magis , quam ad Jus Naturale pertinerent , adeoque hic præsupponenda potius , quam dedu- cenda essent . Unum tamen hoc non possum , propterea quod magni momenti est , silentiō hic præterire . Quod ipsum hinc seqvi facile , pa- tet . Videlicet , oportere (secus ac malo more nunc fit plerumq; ab ac- curationem talem non capientibus cupientibusve ) potius ad Analysis Probationum , quam Objectiones Dialecticas mutuas , aciem ingenii di- spitantium intendi , si velint veritati appropinquare magis , quam infini- ta copia objectionum invicem , nihil tandem ad Demonstrationem factu- rarum , distrahi frustra , & in vanum occupari multum diuq; . Adhæc utatur Optimus Disputator Logicæ cuique materia , adeoque nunc præ- senti præ aliis disputandæ propria . Qvalem cujusq; scientiæ dari constat .

(2) Practica sive Virtus Moralis Charitatis , Consortialis nempe hoc applicandæ , per omnes prudentiæ partes , ad partem quamque & a- ctum disputationis , secundum species quasque suas , quo plus ad eam promovendam facientes , eo magis . Interim nulla non aliquadante- nus , imo , & Immanentium Virtutum , putà , Temperantia & Fortitu- dinis species quæque locum hic sibi aliquem satis nobilem vindicabit . Nam Pietas quidem , uti nusquam excludi debet , utpote ad omnia u- tilis , omnium directrix : ita & hic omnino præ omnibus erit attenden- da ; eo magis etiam semper , quo proprius ad ejus naturam ipsa mate- ria

ria disputanda, forte Theologica vel Theosophica vel de ipsa Pietatis natura id admittat exigatque.

§. IV. Qvam Rara sit Optima Disputatoria Societas, imo, qvam nulla sit, ipsa res, proh dolor! nimis clamat potius, qvam loquitur. Ut enim *omnis consortii plenarie perfecti ac optimi summa est Raritas atq; impossibilitas*, *J. N. p. 15. §. III.* sic non minor est hujus Societatis, in qvâ nihil Rarius, qvam leges optimas infra in fine Nosologiae tradendas, exacte omnes semper observari. Interim Doctrina de optimo statu hunc nobis præstabit usum, ut, quantum desit, quantumque deficiat in qvolibet actu, possimus, tanq; ad normam & regulam aut amissim examinando, cognoscere.

## NOSOLOGIA DISPUTATORIÆ SOCIETATIS.

### §. I.

**I**mperfecta Disputatoria Societas ea est omnis, qvæ à Summa perfectione jamjam delineata, ullo modo recedit. Adeoq; omnis actu existens. Qvando tantam, quantum Hygieine requirit, perfectionem, cum ob accuratissimæ Logicæ Disputatoriæ actu defectum; tum ob Virtutum Moralium hinc inde prorsus inevitabilem multiplicem imperfectionem præstare, nulli hominum datum esse, aut iri adeo, constat plus nimis.

§. II. Imperfectæ Disputatoriæ Societatis species pro imperfctione artis disputandi & virtutis moralis variæ vario gradu sunt, & mixtura modis indefinitis ac innumerabilibus variandæ. Commode autem huc applicari possunt Discrimina Imperfecti Consortii, *J. N. p. 15. §. I.* & inde pendentis Societatis Imperfectæ, *J. N. p. 150. n. 2.* generalia singula & universa. Secundum qvæ ut species modo dictas in compendium contraham: omnis Imperfecta Disputatoria Societas triplex erit. Nimurum: *Bona, Mala, & Corrupta*. *Bona* Disputatoria Societas ea est, qvæ finem optima Disputationis sibi propositum habet, licet personæ disputantes nec meritis optimis mediis, nec ratione optima utrinq; semper eum qværant. *Mala* Disputatoria Societas ea est, qvæ & bono fine & optimis mediis ac optima forma in totum destituitur, & è contrario finem pravum ob oculos habet, mediis sane non aliis, qvam malis

lis

lis, interdum occultatis aſſeqvendum. *Corrupția* Disputatoria Societas est omnis ea, qvæ de natura utriusq; prioris ſimul participat. Ut porro omnium Malarum ſocietatum, *J. N. p. 150. n. 2.* ita etiam Malarum Disputationum præcipue tres dantur species. Videlicet: *Quæſtuaria, Ambitiosa, Voluptuaria.* *Quæſtuaria* Disputatoria Societas ſolius lucri & utilitatis ac commodi privati gratia initur ac colitur. *Ambitiosa* honorem intendit & vanam nominis gloriam auctupatur. Siqvidem illius membra ideo tantum diſceptant, ut ſapere videantur aliis, & doctrina atqve eruditione plurimum præſtantes totum ſcientiarum oceani abſorbiſſe. *Voluptuaria* Disputatoria Societas ea eſt, cujus membra diſputant, ſaltem ut diſputent. Qyia inde non mediocrem animi letitiam voluptatemque hauriunt. Ea malitia vel eſt ipſi diſputationi nativa, v. gr. lucrum exiſta Diſputatione immediate, vel accidentalis, eadem mediante & intercedente aliquo alio effectu qværēns; ſic & *Ambitiosa* immediate & mediate, it. Voluptuosa per ſe, vel per riſum captatum, per jocos, aliasq; voluptates non ex ipſo Diſputandi actu; ſed aliunde oriuitas. Hæc omnia & inter ſe, & ſpeciatim in ſingulis ſpeciebus miſceri, componi, deniqve gradu variari modis poſſint infinitis, ut lubet.

## §. III.

## Materiam conſtituunt

I. Personæ, h. l. diſputantes Imperfectæ, i. e. Voluntate & Facultate optime diſputandi carentes aut plane, aut ex parte notabili. Imponentiam optime diſputandi inducunt

(1) Vitia intellectualia. Qvorum ea, qvæ ſupra in Physiologia, §. 4. memorata ſunt, hic non repetiturus, iis tantum, qvorum mentio ſupra facta non eſt, recenſendis vacabo. *Inſcritia* igitur Logica, Eth. p. 94. def. 6. ac *Imperitia*, Eth. p. 101. def. 4. & *Aſoxia*, Eth. p. 105. def. 20. diſputandi huic imperfectioni occaſionem præbere poſſunt. Puta, ſi non diſputent formaliter: ſed per diſcurſum aliena & inconvenientia afferant, auditoriumq; adeo repleant vanis clamoribus. Chr. Thomas. Introd. ad Philos. Aulic. c. 15. §. 5. p. 234. Nec non *Conſcientia Stupor*, Eth. p. m. def. 14. it. *Calliditas*, Eth. p. 116. def. 2. ac *Imprudentia*, Eth. p. 117. def. 3. diſputantium, qva talium, una cum ſingulis ſuis partibus loc. cit. enumeraſtis; imprimis autem *Pertinacia*, Eth. p. 122. def. 31. qva ab utrog; pecca- tur per repetitionem reſponſionum aut instantiarum, qvibus jam ab altera

*utro satisfactum.* Chr. Thomas. ibid. §. 7. Peculiarem quoque locum hic sibi vindicat disputandi *Inertia*, Eth. p. 126. def. 5. A qua non absolvit potest Aristoteles, quando in arte disputandi *Mendacium* tradi scribit lib. 2. Rhet. cap. XXIV. v. pen. Nec non Impia disputandi ratio, Eth. p. 126. def. 3. quae Græce *κακοτεχνία* disputandi commode nuncupari potest. Qvorum singula quæque tanto magis evident vitiosa: quanto ipsis materiæ, in qua disputatur, sunt magis propria. V. gr. Si de Conscientia cum vitio Conscientiæ, de ἐυσοχιᾳ ἀσκησις, aut de Prudentia imprudenter disputes.

(2) *Vitia Moralia.* Et primo quidem (a) *Impietas*, Eth. p. 393. def. 2. ejusque species omnes.

(3) *Intemperantia*, Eth. p. 406. def. 1. præcipue *Mentalis*, Eth. p. 420. §. X. def. 1. ut sunt *Nimia Curiositas*, Eth. p. 420. def. 2. circa materiam disputandam, & illius pariter atque Scientiæ ac Artis Disputatoriæ *Incuria* atq; *Ignorantia Affectata*, Eth. p. 420. def. 3. Nec non *Judicii Temeritas*, Eth. p. 420. §. XI. def. 1. adeoque *Scepticismus*, i. e. promiscue de omnibus ac absque ratione dubitandi cum pertinacia & studio contradicendi consuetudo, Eth. p. 421. §. XI. def. 2. it. *Opinatio*, i. e. intemperanter affirmandi vel negandi sibi sumta licentia, Eth. p. 421. §. XI. def. 3. Huc etiam pertinet *Incuria*, Eth. p. 421. §. XII. def. 2. *Securitas Conscientiæ*, &c. Eth. p. 422. def. 4. Præcipue vero *Arrogantia*, Eth. p. 426. def. 2. & *nevodaξία*, Eth. p. 427. def. 4. & *Ambitio*, Eth. p. 429. def. 2. omnium ferè disputationum, & disputantium plororumque nativa & inseparabilis comes. Qvod idem etiam confirmat D. Philip. Jac. Spenerus in Præf. ad *Hodosophiam Christian.* D. Joh. Danhaweri in Tabb. redactam p. 54. his verbis: *Ipsas etiam Disputationes vel earum usum non unum sape corrumpit vitium: primarium tamen omnium est Ambitio & præ alii se ostentandi cupiditas.* Si enim verum fatendum sit, disputantium ex utraq; parte scopus naro ille est, ut veritatem inveniant vel serio tueantur, nec etiam ille, ut exercitio hoc habitum olim profuturum acquirant; sed ut sua quisq; quam præ altero affectat, eruditio, promptitudinis aut ingenii laudem reportet: unde pauci sunt, quibus non volupet sit, si etiam conviciis aut dicterioribus abstineatur, illum, qui adversarius audit, ad silentium redigere aut quovis alio modo confundere atq; in ruborem dare; ex victoria autem sua opinionem, quam de se conceperunt ipsis, aliis etiam excitare. Ita Ambitio, etiam cum alterius vilipendio,

dio, plerorumque unicus, certe praeipuis, quo aguntur disputantes, stimulus agnoscitur. Quia in parte conscientias aliorum appellare audeo, qui academias diu incolueré, talibusq; exercitiis interfueré frequentes, queantne negare, quod & ipsi affectum hunc senserint, & in aliis observarint. Addenda hisce etiam alia sunt, ut *Misanthropia*, Eth. p. 427. def. 2. & *Avaritia*, Eth. p. 425. def. 2. Huc etiam applicari possunt *Ignavia*, Eth. p. 416. def. 3. τολυτεργυμοσύνη, Eth. p. 417. §. IIIX. def. 5. ac *Malitia* disputantium, Eth. p. 417. §. IIIX. def. 6. in verbis vel aliis ineptiis, ut mus in pice, hærentium.

(γ) *Animi Impotentia*, Eth., p. 430. §. I. def. 1. ejusque species *Superbia*, Eth. p. 431. def. 1. *Fiducia*q; sui *Immoderata*, Eth. p. 434. §. III. & *Contradictionis Impotentia*, Eth. p. 434. def. 1. It. *Ferocia*, Eth. p. 435. §. V. def. 2. atque *Timiditas*, Eth. p. 435. §. V. def. 3. & *Incundia*, Eth. p. 435. §. VI. def. 2.

(δ) *Inimicitia*, Eth. p. 436. def. 1. atque *Hosilitas*, Eth. p. 437. def. 2. disputantium omnis generis. Et hinc *Inobservantia*, Eth. p. 439. def. 2. *Dedignatio*, Eth. p. 441. def. 3. It. *Invidentia*, Eth. p. 442. def. 7. & *Impudentia*, Eth. p. 442. def. 11. disputantium. Nec non *Simulantes*, Eth. p. 443. def. 14. *Irritabilitas*, Eth. p. 443. def. 15. *Vindicta Intemperantia*, Eth. p. 443. def. 16. & *Diffidentia*, Eth. p. 442. def. 18. ipsorum. His annexata est *Fallacia*s, Eth. p. 444. def. 1. *Mendacitas*, Eth. p. 445. def. 2. *Sophisticatio*, Eth. p. 445. def. 3. & *Adulatio*, Eth. p. 445. def. 5. disputantium, eorumq; *Animi sui Occultatio Inimica*, Eth. p. 446. def. 3. cuius partes constituant *Taciturnitas Vitiosa*, Eth. p. 446. (1) & *Sermonis Ambiguitas*, Eth. p. 446. (2) Etiam *Improbitas*, Eth. p. 447. §. IX. def. 1. & *Scandalostas*, Eth. p. 447. §. IX. def. 2. disputantium imperfectas efficiunt disputationes. Nec non *Inhumanitas*, Eth. p. 447. §. X. def. 1. ejusque species *Dyslalia*, ut *Taciturnitas Incivilis* & *Loquacitas*, & *Vaniloquentia*, Eth. p. 448. def. 2. It. *Inelegantia Morum*, Eth. p. 448. def. 3. cum *Indecentia* & *Lewitate*, adeoq; *Obscenitate* atque *Factantia*, Eth. p. 448. def. 4. & *Morum Invenustas*, Eth. p. 449. def. 5. Jungatur his *Morositas*, Eth. p. 449. def. 7. & *Nimia Familiaritas*, Eth. p. 450. def. 8. disputantium, eorumque *Petulantia*, atque *Rixositas*, Eth. ibid. Quam eleganter, & ut par est, odiose depinxit J. A. Schmidius, p. 3. Disquisit. de divers. Disput. Process. *Perverso*, inquiens, seculi more eo perventum est, ut multi eru-  
ditio-

ditionis culmen attigisse sibi persuadeant, si in scholis collegiisq; artificiose altercari, i. e. Sophisticari didicerint. Imo, quod pejus est, sœpe altercationes percipias nulla arte institutas. Ingredere auditoria, & jurabis, te audire contentiosas mulierculas, nisi quod Latina non tamen satis Latine loquantur. Hoc hominum genus, licet alias ab Aristotelis placitis plurimum recedat, in eo nihilominus verba Magistri sancte observat, ne aliquid agat, quo cessisse videatur. Præterea Querulitas disputantium, atque Minacitas, & Despicientia, Disputandiq; ac Percontandi & Obrectandi & Exprobandi Libido, Eth. ibid. plurimum momenti conferunt ad prave disputandum. Huc etiam indubitate pertinent Scurrilitas, Eth. p. 451. def. 2. Scorticamus, Eth. p. 452. def. 4. atque Lascivia, Eth. p. 452. def. 5. It. Fraudulentia, Eth. p. 453. def. 3. Maledicentia, Eth. p. 453. def. 4. & Contumeliositas, Eth. p. 453. def. 8. Nec non Infidelitas, Eth. p. 455. §. XIII. def. 1. atque Perfidia, Eth. p. 455. def. 2. disputantium. Informatoria quoque Negligentia, Eth. p. 456. §. XVI. def. 2. & Δυσληψία, Eth. p. 460. def. 2. & Incredulitas, Eth. p. 461. §. XX. def. 2. atque Credulitas Nimia, Eth. p. 461. def. 3. ansam dant imperfecte disputandi. Qvæ Vitia Moralia, æque, ac ante ad Intellectualia annotatum est, tanto erunt turpiora, quanto materiæ ipsi, de qua disputatur, magis è diametro contrariantur. E. gr. si quis de moribus bonis, moribus disputet malis; vel generatim, vel speciatim. E. gr. de modestia immodeste, de humanitate inhumane, &c.

(3) Mala Corporis. E. Gr. Defectus & Absentia illarum corporis partium, virtutum, atque membrorum, qvibus ad communicandum & percipiendum invicem opiniones opus est, Eth. p. 216. def. 4. Eorumq; nimia quoque redundantia, qvæ Supernascentia vocari potest, Eth. p. 416. def. 5. Qya Ludovicus XIII. Rex Galliarum, olim laboravit. Hic enim linguam tantæ magnitudinis habuit, ut loqui, nisi admodum difficulter, non posset. Etiam Adversa Valetudo, Eth. p. 218. def. 16. præser-tim si vehemens sit, Disputationibus optimis impedimento est, & Corporis Somnolentia, Eth. p. 220. def. 25. & Torpor atque Debilitas Sensuum corporis Internorum, Eth. p. 220. def. 31.

(4) Mala Fortunæ. Qualia sunt, ut maxime evidentiora hic tantum memorem, Locus ad disputandum ineptus, Eth. p. 289. def. 7. & Amicorum tanta Inopia, ut qvibuscum tibi Disputandum sit, plane nescias, Eth. p. 316. def. 19. Voluntatem imperfecte disputandi producunt Pravi Affectus.

Affedus. Adeoque Contentus, Eth. p. 146. def. 4. Odium, Eth. p. 146. def. 6. & Horror, Eth. p. 147. def. 7. disputationum. Incuria, Eth. p. 144. §. X. def. 2. disputationum & praeceptorum disputandi. Disputatio, Eth. p. 144. §. X. def. 3. à bona disputatione ad malam facta. Tristitia ex Bonis, Eth. p. 147. def. 12. & Letitia ex Malis disputationibus, Eth. p. 147. def. 11. Desiderium, Eth. p. 149. def. 21. Zelus, Eth. p. 149. def. 22. Cum, Eth. p. 149. def. 23. Spes, Eth. p. 149. def. 25. Studium, Eth. p. 149. def. 24. & Confidentialia, Eth. p. 149. def. 26. imperfecte disputandi. Fuga, p. 150. def. 27. & Aversatio, Eth. p. 150. def. 28. Disputationum optimatum. Nec non Malevolentia, Eth. p. 307. def. 13. & Detestatio, Eth. p. 307. def. 14. mutua disputationum. It. Proximorum, Eth. p. 308. def. 20. i. e. Lætitia ex eruditate, inscitia, ignorantia, atque errore aliorum. Adhæc Indignatio, Eth. p. 308. def. 21. Vindicta, Eth. p. 308. def. 26. & In, Eth. p. 150. def. 32. disputationum, & ne bene disputetur, Angor, Eth. p. 150. def. 29.

II. Operationes ex defectu Voluntatis & Facultatis Optime disputandi orientes. Eaque & Dolosæ, unde Delicta, J. N. p. 72. def. 1. & Culposæ, unde Quasi-Delicta, J. N. p. 72. def. 2. disputationum existunt, it. Mere-Jocose, J. N. p. 117. & Invita per Ignorantiam & Vim, J. N. p. 117. Nec non Impossibile, qva Physice, qva Moniliter, J. N. p. 117. Ex his vero à Summa Disputationum Perfectione quam maxime alienis actionibus resultans impedimentum veritatis & laetio, adjutorio mutuo contraria, Bellum, J. N. p. 16. def. 5. Disputatorum nominari meretur. Estque hoc Bellum Injustum, J. N. p. 16. def. 6. Nempe, in privatione impedimentoque veritatis, quæ ab alterutra disputationum parte queritur, consistens. Idque vel Intestinum, J. N. p. 16. def. 7. inter ipsos disputationes; vel Externum, J. N. p. 16. def. 8. ad Tertios etiam sese protendens. Utrobiq; autem accedit plerumque Ratio Status mala, J. N. p. 17. def. 12. aut Vitium Status, J. N. p. 17. def. 13. vel Initiale, J. N. p. 17. def. 14. vel Accidentale, J. N. p. 18. def. 15. De Bello autem non Injusto, J. N. p. 46. def. 6. & de Ratione Status Bona, J. N. p. 45. def. 3. disputationum agetur infra.

III. Res sive Materiæ disputationæ imperfectæ (1) ob quantitatem. Nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. (2) ob qualitatem. Adeoque captum humanum transcendentis, vel noxiæ, turpes & inutiles, tum in se; tum meliorum respectu, quibus postponendæ essent. Monente id jam olim Gorgia, Qvi (ut Lycothenes Apophthegm. p. m. 183. col. 1. ex Stobæo refert) alias curiosa indagine disquirerentibus, an mun-

dus rationis exors sit, aut anima præditus, & sphaera nihilominus figuram teneat? Vos, inquit, plus aequo de mundo solliciti vestram ipsorum immundiciem interea parum provida consideratione pensiculatis.

§. IV. Forma est vel (1) Theoretica, qvæ consistit in *Inscitia*, (*Eth. p. 94. def. 3.*) Universalium disputandi præceptorum Logicorum & Juris Naturalis disputantium, & in *Opinione*, *Eth. p. 94. def. 4.* ac *Errore*, *Eth. p. 79. def. 13.* circa eadem. E. Gr. Si Opponens continuo verborum strepitu respondentem munere dejicit, neque ipsi loquendi libertatem concedat, imo ne quidem concedendam esse judicet. It. *Populari* saltē Disputatoriarum Regularum *Notitia* manca ac mutila, *Eth. p. 94. def. 7.* Vel (2) Practica. Et hæc est Injustitia Consortialis cum singulis speciebus huic applicandis. Qvæ tam late hic loci capienda est, ut reliqua Judicij Practici ac Morum Vitia non excludere: sed complecti videatur. Et Malarum quidem Disputationum Forma est Injustitia Dolosa & Callida: Bonarum vero Mere-Culposa: Corruptarum autem Culposa Dolosæ mixta, pro eo, qvod præponderat, & in dubio pro Dolosa, ut gravius peccante, æstimanda.

§. V. Disputatio Corrupta & Mala conservatur à reliquis & mixtis Bonæ disputationis. Qvibus plane sublatis, etiam ipsa penitus dissolveretur. Qvæ ratio est, qware multæ alias satis imperfectæ disputationes tolerandæ sint in hæc hominum imbecillitate.

## Leges Optimarum & Bonarum Disputationum præcipuæ.

I. Ut omne Consortium Bonum, & omnis Societas Bona: sic & omnis Disputatio Bona, &, qva potest Optima, sectanda, &, quoties opus, adhibenda est, & adjuvanda ac promovenda pro virili, cum omnibus suis caussis, adminiculis omnibus, &c, & qvo utilioris materiæ ac dignioris, eo magis.

II. Qvo materia fuerit, de qva disputatur, majoris momenti, & vel abstrusior Theoretica vel magis ad Summi Boni Consecutionem approximans Practica: hoc modestius, moderatus, & quietioribus affectibus ea fuerit tractanda. Tum ob dignitatem suam, v. gr. Sacra: tum, qvod Practica argumenta per se solent affectus nostros concitare. Qvibus commotis, ineptiores evadimus indagandæ veritati. Qvo subtilio-

ra vero, eo quietiorem attentionem requirunt. Sicuti nempe, quo clarius est & nitidior fons, vel pretiosius, quod demersum, quoque limosius est alvei fundus, & quo profundius aut exilius in illum quid demersum & reqvirendum: eo minus turbare aquam solemus, ut id inventiamus.

III. Prudentia Moralis summa possibilis in disputationibus undique ac semper præstanda est cum singulis partibus. Quæ jam, ut præcipue hujus loci, venient aliquatenus applicandæ præcisius. V. gr. (1) Considerantia Finis Optimi, semper ob oculos disputantibus habendi. Quælis est ad ultimum finem, scil. Amicitiam cum DEO, directa, omnibusq; disputationibus propria, ac disputantibus unice proponenda meta Veritatis, ejusque per remotionem erroris promotio, cognitio vel confirmatio, & illam inveniendi confirmandique exercitatio, per communicatum examen diversi generis opiniohum. Qvibus vel ad veritatem affinitas & appropinquatio, si stabiliantur: vel si refutentur, impedimenti progressum ad ulteriora & meliora elevatio, & ad alia mentis conversio aliqua resultet. Qui finis proinde unicus debet esse omnis disputationis ordinarius. Ad quem actus Proponendi, Opponendi, Respondendi unice dirigendi sunt singuli & universi. Unde merito laudatur Platoni in Georgia Socrates, quod disputando vinci, quam vincere, maluerit. Etsi enim magnificenter sit docere, doceri tamen plerumq; esse utilius, dicens. Cœterum Accidentarii fines possunt esse varii. Nimirum *ταππησίος* acquisitione per omnia publica exercitia, imo vel theatalia, impetrabilis. Nec non Prudentia ac Artis atque Peritiae ipsius adeo Disputatoriarum comparatio. Qvorum pertinent Disputationes exercitii causa instituta, ad quas concertationes illas Academicas refert D. Philip. Jac. Spenerus in Præf. ad Hodosoph. D. Joh. Conrad. Danhaweri in Tabb. redactam p. 53. qui de illis ibidem sequentem in modum: *Verus usus illarum præcipue est, ut bilice pugnis umbraticis parentur aliqui ad serias & Decretorias, si quæ institui Ecclesiæ atq; Veritatis interfit: tum ut exerceantur ingenia, habitumq; aliquem acquirant, sua prompte probandi & ad Objecta respondendi: qui habitus & promptitudo naturale judicium plurimum perficit, & in omni vita non exigui usus est. It. Ostentatio recta & debita sui profectus, requisita alicubi locorum variis occasionib; etiam quandoque necessitatibus, in promovendis ad mutus publicum, & honores testimoniaque publica eruditionis impetranda. Et quæ alia num-*

ro & qualitate infinita possint hic, ut alias in omni virtutis, ac artis exercitio, prodesse, ut usus improprius instrumenti & suppellectilis usui proprio surrogatus. Quidam hinc etiam, quanto magis vitandum sit finis omnis mali propositum. Ut Ostentationis Meret, non minus hic ridicula, quam si claudis fulcris alaribus superbirent. Victoriaeque, & hinc gloriae sibi propositae, vanissimae sane, si quia unquam. Quae plane in bellum verum sit hunc actum deductura. Ubi ergo quisquis ad victoriam depugnat, licet iniustum ab alterutra parte ordinario, sope ab utrilibet futuram. Quando non verum amplius, sed viciisse petunt, depositoque pudore bella gerunt. Qvod imprimis hic notandum pro respondente, qui, nescio quo errore jam epidemicus, debere victoriam reportare, aut, ni fecerit, etiam turpem se dare malo vulgi errore censemur. Speciat hoc Vincentii Gramignae exemplum, qui ex pudore & verecundia, quod ad difficile argumentum non respondisset, totius triennii silentium sibi ipsi indixit. Morhof. Polyhist. Part. I. lib. I. cap. XV. p. 155. Qvod sane absurdissimum principium est, omnesque hodie disputationes pene corrupit, fineque suo debito defraudat. Sicut illa non minus aliquorum erronea persuasio, quasi finis studiorum sit disputatio, notata Spizelio de Vitiis Literatorum p. 591. Quanto Socratis illud apud Platonem in Phileto Sapientius! Nequaquam istud contendere debemus, ut, quae ipse pono, aut quae tu, valeant: sed ei, quod verissimum est, utrigi faveamus eoz.

(2) Circumspectio mediorum sive operationum, quae totalium, i. e. ipsarum disputationum per exercitium frequentandarum, quantitate numeri ac repetitionis, & que ac qualitate variationis totuplicis, quotuplex ea usibus in praesens disputantium esse queat conducibilis, nunquam Sophistica sive captiosa, fallax, &c. quae partium disputationes constituentium. Initium igitur fiat a proponenda materia habili sive thesibus disputabilibus; & tali quidem materia, qualis in praesens dari queat aut sperari apta disputationi, instituta cum hoc opponente, considerato nunc in individuo (qualis est quod ad imperfectiones suas perfectionesque praesentes, aut in ipso actu futuras praevidendas) variisq; accidentibus aliter atque aliter modificata. Extemporali itaque disputationi & Oralie a materia eligenda est, de qua ex tempore disputari recte potest, quaeque non adeo subtilis est, ut multam atque laboriosam & tedium meditationem requirat. De rebus vero arduis & difficilioribus, quam ut, licet alioqui disputabiles satis sint,

cx

ex tempore tamen illico queant solido examine statim decidi, non nisi prævia meditatione disputari debere liquet. Imo, si quæ sine scriptis vel Analyysi Logica Externa vix resolvi, nedum resoluta dijudicari solide & sine metu erroris queant, meditationi reserventur, aut eo usque differantur, donec notitia mentis reflexiva, i. e. ex regulis Logicis, actu mentis reflexo ad normam veri causamque examinata, sententiis solidis decidantur. Qvod ad continuationem attinet, respondentis erit, non detrectare assumere ullum argumentum, nisi forte blasphemum, aut offendiculi alias plenum, & disputatu inutile, adeoque repetitu indignum. Et opponentis erit, non formare plura, nec alia, quam assumptione digna argumenta. Sicuti ne sibi quidem, nedum alii, quis dubia nimia & superflua, nisi inconsulta imprudentia, movebit: Sic & responsionum modi & species omnes circumspiciendæ.

(3) Solertia non modo actuum & proprietorum & mediatorum, v. gr. per alium disputando, qvod ipse prohibearis; sed præceptorum etiam, si quæ deficiant, etiamnum, imò specierum disputandi, maximè ad Rationem Status variam compositorum, excogitatione. V. gr. Qvomodo Interrogandi modus antiquus, vel Colloqyii Familiaris, (de qvorum utroque vid. J. A Schmidius in Disquis. de Var. Disput. Process.) queat artificium internum Logicum ipsa sua illa incrustatione quoque in melius provehere potius, quam deterere, &c.

(4) Selectio fiat medium optimorum tum in se; tum respectu præsentium circumstantiarum.

(5) Providentia, qva cum ipso actu illo disputandi conjuncta possit etiam disputans meliorem, ac disputatio alias in se haberet, finem adhuc aliud assequi, v. gr. de Moralibus vel Theologia Practica disputando, auditorum aliquos convertere ad resipiscientiam, &c.

(6) Cautela, tanto hic adhibenda magis etiam, ne in effectu peccati ac imbecillitatum nostrarum, disputatione scilicet iterum peccemus, & novis imbecillitatibus obruamur. Vitanda ergo ante omnia Materia inepta disputationibus (1) per se, quo ad argumenta, & materias disputationem non admittentes. Huc pertinent, de qvibus supra in Physiol. §. 4. in fin. jam dictum est, Axiomata vera sive principia communia, intellectui manifesta fano cujuscunque, vel quæ sensibus sunt exposita, aut alioqui clarissima, perque demonstrationem manifestam probata, potius meditandam, quam impugnandam, aut plane per revelationem certa. Nec non Immoratae ac Tur-

pes materiæ, de qvibus itidem supra loc. cit. actum est, huc referendæ sunt maxime, si sint directe contra pietatem. Ulti Evæ disputatio cum Diabolo, non debentis sane disputare de re sibi verbotenus à DEO clare satis revelata, nedum contra ejus præceptum se pati tam fculnea ratione ad incitandum appetitum afferri. Nihil etiam contra bonos mores in dubium vocandum est, v. g. Ultrum oporteat DEum colere, parentes diligere &c. Qvalia coercitione digna jam dicit Aristoteles lib. i. cap. 2. Top. circa finem. Qvin imo, neque de rebus, qvæ certissima nobis esse debent, cum earum praxis sit quotidiana, disputari voluit Laco ille, de quo ita Plutarchus in Lacon. Eudamidas Archidami filius, cum audisset Xenocratem jam senem in Academia cum amicis disputantem, percontatus est, quis esset ille Senex. Ubi respondisset aliquis, illum esse virum sapientem, & ex eorum numero, qui virtutem quererent: Et quando, inquit, ea usurpus est, si adhuc querit? Visum est Laconi ineptum, per omnem vitam de virtute disputare, veluti de re controversa: quum oporteat à prima statim adolescentia habere certissima decreta de honesto impressa animo, & secundum virtutem exerceri: non querere, quemadmodum faciunt Philosophi, qui magna contentione inter ipsos de S. B. ac Malo digladiantur, ne in hoc quidem satis consentientes, quid sit virtus aut Beatus. Neque de rebus inutilibus, & certitudinis spem plane excludentibus disputationes instituendæ sunt. Qvalia sunt in se nimis subtilia, captumve disputantium superantia. Qvibus indagandis operam impudentes (ut Senec. verbis utar in Ep. 113.) efficimus, ut exercere ingenium inter irrita videamur, & disputationibus nihil profuturis otium terere. Cavendum igitur est à nimis abstractis Theoreticis, (ut de Scholasticis Erasmus in Notis ad Nov. Testam. & alii, ridenda plane exempla dedere) & ab usu remotis materiis. (2) Per Accidens nunc respectu personarum ineptarum (1) per se vel [1] Absolute vel animo, vel lingua. Ita cum balbutientibus haud facile, vel cum surdatis, vel ignaris linguae ad significandum animum disputabitur, nedum eleganter, ac sine barbarie, & sollicitismo: vel [2] Comparative. Qvorum illi feligendi sunt, qvibuscum si disputetur, finis disputationis Societatis praestantior & melior evadit. (2) per Accidens. Scil. jam irritatarum forte ac inimice erga nos animatarum, invidia, odio, ac suspicione imbutarum, aut irritandarum à materia sensus occupatura. Qvod Evæ accidebat, quando intuebatur & excitabat appetitum gustus.

Cujus

Cujus considerationi, & appetitui per illam excitando, neutiquam erat magis, quam ipsi esui (qui sic a corde jam committebatur) vacandum.

(7) Dexteritas consistens in (1) Oportunitate temporis accommodati, lociq; & aliarum circumstan-  
tiarum, animos & voluntates adaptantium ad disputandum, e. gr. Au-  
ditorii, quod solitudine sua & quiete, ac præsentium benevolentia & at-  
tentione disputaturis inserviat, eosque non ineptos reddat suo strepitu  
ac tumultu, & distractione variorum objectorum delectantium. In hot-  
to igitur, nisi animi gratia, vel cum cupientibus, eoq; se oblectan-  
tibus, inter epulas, inter pocula, ac inter jocationes alias plane diversas,  
disputationes cessare debent, nedum apud ægros, moribundos, occu-  
patos, tristes, &c. Si fieri queat, ab eo quoq; auditorio disputantibus  
cavendum erit, quod metum timoremque injiciat, & disputantes podo-  
re suffundat, vel ratione qvavis alia laboriosa molestet, præsentiumq;  
auditorum odio, malevolentia, atq; insidijs, ac ~~desperacione~~ sive e-  
licere captantium, qvæ carpant, malitiaq; timendorum disputantes ab  
ipso actu deterreat retrahatq; Nec præmature cum non præparatis,  
nec vel exprimere se Latine & Grammatice valentibus disputandum erit.  
Ita Plato noluit ante tricesimum annum disputari.

(2) Agilitate & Alacritate, quantum qvidem fieri queat, extempo-  
ranea: sed minime tamen ubique præstolanda, nedum exigenda in re-  
qvirentibus ulteriore indaginem, & abs nondum satis in hoc argu-  
mento exercitatis.

(3) Ordine optimo Logico, non nimis multa simul proponendo, aut  
objiciendo, aut tam generalia opponendo, qvorum probatio in tantum  
adducat prosyllogismorum aut inductionum numerum, &c. ut exa-  
men vix centesima partis queat expediri. Qvalia etiam Logices & Ar-  
tis Disputatoriaæ præceptis debent tradi membratim, ut caveantur vitia.  
Qvam varius ergo hic ordo artificio accidere possit: à Logicis Docto-  
ribus discendum est. Qvod ad Moralia vero, etiam ab initio ad finem  
actus disputationis singuli & universi suis Legibus instrui præcise possent  
ac mererentur, in usum exercitii tam freqventis, & qve ac corrupti.

(4) Constantia, citra pertinaciam, qva disputationum ipsarum, qva  
singulorum actuum, repetendo & freqventando nimis vel continuando;  
non cedendo, ac desinendo, ubi debebat, aut desultoria levitate abrum-  
pendo vel variando, cum essent omnia superiora semper rationabili-

(5)

(5) Aeqvabilitate in melius indies producenda , conjunctum usurpan-  
da maxime , & proportionate invicem coordinata.

IV. Virtutes hic appropriatae maxime disputationi , qva tali , e-  
runt praestanda , Justitiae , & ex illa imprimis Homileticæ . Videlic. (1) Veracitas & (2) Candor in omniibus actibus disputationis . Ut animi sententiam uterque disputantium promat sine fuso , vel involuntario etiam , evitatu sane ob assuetudinem dissimulandi , pene in naturam abeuntem , perdifficili . Qvandoque tamen dissimulatio erit licita , ne intempestive pateat statim , utri ex binis sententiis assentiaris . Certe , ut disputetur sine proæretica fallacia , dissimulatione , sophistificatione , occultatione , reservatione fraudulenta , obscuritate , ambiguitate qvæsita , interpretatione cavillatoria , mutante mentem alterius statumqve controversia . Qvin potius , quantum fieri potest , non modo clare & perspicue proponi debent disputanda : sed & , si statim non sit satisfactum in eo opposenti , declarare proponentem oportet suas theses , donec intelligat , omni possibili ratione καὶ ἀργωτον live ad captum ejus se demittendo . Neque minus vicissim Opponentis erit [1] argumenta sua proponere qvam clarissime concludentia , adeoqve in Forma Logica maxime perspicue , distincte ac plene ; non (uti ob imperitiam ante Logicam , non καὶ ac nunc adornatam , fieri necesse olim erat , ) interrogando differendove . Qvorum prius adeo insidiosum etiam recte notat Jungius Log . Hamb . lib . VI . cap . XII . § . 18 . [2] probare dubia , declarare obscura . Sicut & Respondentis erit , candide atqve sincere oppositionem repetere , ac assumere , nec qvicquam in ea mutare , dum assumit ; sed bona fide assumere totam oppositionem , nil addendo demendo ; nedum substituendo : interpretari vero , si sit opus , benignissime . Utriusque fuerit , confiteri errorem , cedere claris , neque velle potius diabolice errorem defendere , qvam humanum agnoscere .

V. Virtus etiam Socialis , maxime Fidelitas , hic quasi pacto mu-  
tuuo vel contractu , ac Litis quasi Contestatione per assumptionem obligatis de opitulatione omni hujus actus naturam ingrediente , possibili præ-  
stanta .

VI. Virtutes καὶ ἔξοχην Homileticæ non poterunt , nec debe-  
bunt abesse ullatenus ; sed in summa hic perfectione adeo potius præ-  
stari ad tam liberalem operationem indagandæ veritatis , & repurgan-  
dæ invicem ab erroribus animæ . Cum primis (1) Probitas sine offen-  
diculo

diculo vel per se dando vel accipiendo per imbecillitatem, v. gr. Neo-  
phyto vel puer circa principia Catechetica, v. Rom. XIV. i.

(2) Humanitas sive Civilitas omnimoda, adhibitis, ubicunque licet, Honoribus Verborum, in Compellatione ac invitatione ad opponendum & respondendum, &c. gratiarum actione, excusatione mutua contradictionis, interdum acrioris, &c. frequentanda utrimque indentidem. De quibus vid. Weiss. in Oratore Politico p. 847. &c. Porro Commodatione omni adhibita laudare theses, oppositiones, & allata quæcunque boni consulere, & grate accipere congruit; docta vero etiam, &c., unde proficiat, pro talibus agnoscere & prædicare; subtiliora, quam ut ex tempore decidan-  
tur, seponere tantisper ac reservare ulteriori meditationi, cum bona ve-  
nia adversarii. Neq; consulto illa inhumanitas compareat vel in vultu.  
Nedum, quæ ostendat hostilitatem internam. V. gr. (α) Impudentiam erga ipsum Antagonistam sive Condisputantem contentiosam nimis ri-  
xosamque, in soliloquio continuo, nedum clamoso, quod *ἀγέλεγχος ἀγωνίσκως* Aristoteli lib. ult. Top. cap. ult. dicitur, interpellatione re-  
sponsuri præmatura, multiloquio celeri, nec intelligibili, nedum, respon-  
sione modesta adæquando, vaniloquio, stultiloquio, imo, insaniloquio  
sæpe mero, ne tacuisse videaris. (β) Ostentatio-  
nem, theses suas dirigendo contra alios citra necessitatem, imo, univer-  
sim contra Summos aut omnes temere Theologos, v. gr. Patres, Lu-  
therum, &c. Jctos, Philosophos præcipuos, aut Collegia eorum ce-  
leberrima.

(γ) *Πριχαρε-  
κακίζει*, irridendo theses, opponendo cum contemtu, quasi multa con-  
dones &c. Respondentis similiter erit cavere, ne quid inhumane agat  
contemnendo opposita argumenta, subsannando Mimesi, scopticè tra-  
ducendo. Licet

(3) Urbanitas utique pos-  
sit ad levandam intricatae ac tetricæ quandoq; vel odiosæ materiae mo-  
lestiam & nauseam adhiberi; sed affabilitate amica blandaque. Quæ  
tamen cavendum, ne in adulacionem affectionemve abeat, multum  
Virtuti nocitram, licet minus forte Amicitiae, ut Christ. Thomasius be-  
ne monet.

(4) Innocentia vero ante  
omnia. Ne oppositio vel responsio sit ignominiosa, vitando maxime Sco-  
ptica, scurrilia, v. gr. Quid, si adduxisses præceptorem tuum, ut pro te  
responderet? Aut, ut est apud Cicer. Divin. in Cæcil. si quid ex veteri a-

liqua Oratione: Jovem ego Optimum Maximum; aut: Velle, si fieri potuisset, Judices, aut aliquid ejusmodi, ediscere potueris. Et paulo post: Si mibi hodie respondere ad hac, quæ dico, potueris, si ab isto libro, quem tibi magister ludi, nescio quis, ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno disceris. It, ne incuset amentia, stultitia, vitiive moralis cuiuscunq; alterum. Qualia, si vel adsint, excusanda, qva licet ac fieri potest, & dissimulanda hic potius, quam urgenda. v. gr. si quis oblitum me accuset pietatis & modestiae, gratias agam, qvod admonitione sua meliorem me reddere voluerit, ac dein me illarum bene memorem fuisse ostendam. &c. Imo, nec molestare ultra vires respondentem convenit. Qvin potius pudori deficientis consulendum est, excusando ipsum etiam, & dimittendo constrictum ita, ut expedire se nequeat, emolliendo dicta incommodo commodiore interpretatione, v. gr. Qvod forte ita inciderit in eam opinionem, senserit, voluerit ita scribere, docere, &c. Facile in talibus ac proclive esse labi, &c. Nisi tamen impia & scandalosa sit thesis, ubi non est quidquam connivendum. Nec in genere nimis diu disputandum est uno tractu. Ne ipsa morale in nasum conciat: maxime, tempore cibi capiendi, &c. Urgengo oppositione nimis subtili ac ultra vires captumq; adversarii, convictionem ad confessionem, revocationem publicam, silentium &c. Sed ultra Posse si conantem videoas adversarium, illico desinas oportet. Nec enim quid veritati tunc prodes amplius, sed vim facis. Ex quibus adeo patet, qvod

VII. Internæ quoq; Charitatis Æqualis species singulæ ac universæ, vel maxime sint bene condisputaturis concipiendæ adeo atq; excercendæ. Siq;videm inde ad Externas felix debeat fieri progressus. Imprimis benevolentia præstanta, & amor, procul ab odio, congratulatio & favor procul ab invidia & *πτυχαιρενα*, &c.

VIII. Charitatis etiam inæqualis species, tum Externæ, tum Internæ Disputantibus colendæ, ob inevitabilem inæqualitatem, mutua pensatione æqvandam. Unde superiori Didactica hic etiam occulte ac latens omnibus modis continue excercenda cum omni indulgentia, & accommodatione superioritatis nostræ ad captum & voluntatem inferioris, ut & hic omnibus sias omnia. Ex adverso inferiorum Charitas præstanta cuiq; veluti semper adhuc in multis reapse inferiori futuro, quamvis in aliis sit summus. Ita ut à nullo non queat etiam doceri quisque con-

DISPUT. SOCIET.

condisputator vel in scientia vel in moribus, etiam si patientia forte sola adjuvandus. Unde Docilitas semper condisputantibus praestanda patienter audiendo, cognoscendo &c. Nec detractando reprehendi, nec illud in calumniam trahendo. It: Gratitudo continua pro quolibet officio sociali. Nec non reverentia, si superiorem agnoscamus. Qualem presumere, quoties contrarium non patet, unumquemque debemus universim, certe semper actu talem inveniendum speciatim in aliquo, ubi nobis praefet. Expiatio quoque, si, quod evitari vix potest hic omnino, sit offensus vel nostra vel sua culpa.

IX. Immanentes Virtutes, quatenus illis carere nullatenus potest Charitas atque desitui, etiam inter Condisputantes presupponuntur, & violatæ violabunt officia utrimque. Proinde Temperantia praestanda in executione & prudentiæ partibus, maxime intellectualis, Studiositas citra curiositatem, Judicii & Censuræ Moderatio etra iniquitatem, scepticismum, & dubitationem nimiam, ac de omnibus convertendi pruriginem, citra judicij præcipitantiam. Reliqvæ, per Accidens licet, etiam quæque species hic occurrit crebro admodum & utiliter, imo, necessario praestandæ. V. Gr. Ut sobrii, non ebrii, nec in commissationis & compotationis occasionem captandam disputationes dirigantur, &c.

X. Fortitudinis quoque nulla non hic species utilis, Impotentiae speciebus semotis. V. Gr. Ut afferatur ad disputandum Philautia Moderate, Animositas debita; non audacia, ferocia, nec timiditas quoque & verecundatio inepta & puerilis. Patientia Summa, Lenitasque vel imprimis citra iracundiam ullam. Hinc Cicero lib. i. de Finib. *Nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest.*

XI. Pietas denique, ut ultima hic loco, sic prima merito citra impietatis omne genus afferenda, imo, unica disputantium tandem causa finalis esse debet. Ut praefetur erga DEum omni occasione Devotion, non incuria DEI; Veneratio, non Contentus, ne ad Atheismum, Curiositatem impiam, haeresin, blasphemias, irreligiositatem, aut indifferentiam religionis disputemus. Nec allegandum est negligenter Sacras literas. Qvorum adeo singulorum & universorum neque signa edi permittit humanitas superius tantopere commendata, nec satis unquam commendanda.

XII. Interim ex horum adeo specie gradibusq; diversissimorum  
F 2  
vitiorum

vitiōrum mixtū & compositione, aut, ulteriori adhuc ad delictorum  
qvæque capita factō specialissimo descensu, liqvet, disputationum vitio-  
sarum formas sive ideas & species innumerabiles conformari posse. V. gr.  
Ut fiat Theatralis, ad Ostentationem selecta vitia habens : Agonistica  
dicta Aristot. cap. ult. Topicor. ad pugnam & contentionem à Spiritu  
Contradictionis actis membris constans : Captiosa, Sophistica, Cavilla-  
toria, ad fallendum selectis vitiōsis actibus. Qvale qvid committi po-  
test in singulis disputationum partibus actibusve, puta, captiose Propo-  
nendo, qvod maxime in Qvæstionibus fieri potest, implicite qvid præ-  
supponentibus, qvod non æque appareat, & in omni fallacia Figuræ  
Dictionis : Opponendo, ut possis aliam formam assingere argumento  
tuo, vel conclusioni aliam mentem, aut præmissæ, prout lubeat, &c.  
Respondendo, duplicando, &c. solutionibus defcientibus à Jung. Log.  
Hamb. lib. VI. cap. XVII. p. 586. dictis, imo, Apparentibus, ibid. cap.  
XIX. p. 589. sive mere simulatis contra conscientiam adhibitis. V. gr. O-  
ratorie gloriando, qvæsi constrictum teneas adversarium, qvem multi-  
loquio tuo obrutum nunquam admiseris ad replicandum, certe non co-  
arctaveris ullatenus : Digressione facta, ut tempus eximas : negatione  
contra conscientiam facta, ut probationibus fatiges superfluis Antagoni-  
stam. Qvod maxime continget hominibus vanis & intemperantia di-  
sputandi laborantibus, sive disputantibus, ut disputent, contra præce-  
ptum Tr. Morale XVI. ii. n. 7. His omnia esse disputabilia, nec dari ra-  
tionem ullam, cui alia non contraria possit opponi, scribit Maximus Ty-  
rius XXXIV. 398. & cap. XXXI. pr. nunquam Sophistæ decet disputa-  
tio, &c. Nempe, qui gloriabantur olim in Græcia, qvod possent caus-  
sam superiorē omnem facere inferiorem, & vice versa. Qualibus me-  
rito Romani claudere iusserrunt ludum impudentie. Vid. Cic. lib. 3. de  
Orat. & Morhof. Dissert. de Eloquentia in tacendo, §. V. p. 7. Dabi-  
tur etiam Calumniosa, Injuriosa, Rixosa, Contentiosa Disputatio, erro-  
res pro hæresibus, culpas pro dolis imputans. Satyrica etiam & cum  
irrisione contumeliosa, nec non famosa tertiiis & ignominiosa. It. Col-  
lusoria, qvando dedit argumenta respondens opponenti ediscenda, ut  
fieri mihi narratum est Patavii tam impudenter, ut totas centurias cita-  
tionum ex JCTia ad paginas & columnas factis, qvæsi extemporales, ven-  
ditet respondens. Adulatoria disputatio ea est, qvando adulantur sibi  
invicem, qvæsi bene sit propositum, oppositum, responsum, ubi nihil  
est

est minus. Andabataria vel Vafra erit, quando fingunt sibi errantes & errores adversarios, ubi nulli sunt, qvo refutando videantur sapere. Verborum captatoria mera sive *λογοπαχία*, ubi de rebus disputare videntur, imo, se putant, quando mera verba captant. Qva de re Doctissima Disputatio Sam. Werenfelsii Basil. Anno 1692. habita recensetur Bibl. Universelle 1692. p. 492. & seqv. De his argute Bibl. Universelle Tom. XIV. p. 180. qvod *sæpe acriter disputent consentientes, & disputantes concordent.* *λογοπαχία* affinis est disputatio Histrionica sive Gesticulatoria & Nugatoria. Pomposa Disputatio ad fastum merum maxime erit composita. V. gr. Musicis, Aulæis &c. luxuriosa, obsoniis delicata. &c. De Compositione & Mixtura horum vitiorum ultra non erimus prolixii; qvemadmodum neqve de concursu & comparatione officiorum, & gradu um bonitatis partite nunc poterimus attingere qvicqvam, v. gr. si componantur bonitates, utilitates, &c. materiarum, personarum, utra præferenda, secundum omnes in J. N. lib. I. cap. I. Sect. III. §. III. de Con cursu & Comparatione Bonorum & Officiorum, aut evitandarum læsionum partes & gradus. Qvos repetere, & huic materiae singillatim applicare, tantum non in infinitam nos tractationem sit abrepturum. Sufficit verbo indicasse, qvod hæc omnia & singula etiam hic locum, æqve ac in aliis consortiis, habere possint.

## SEMEIOTICA DISPUTATORIÆ SOCIETATIS AMBITIOSÆ.

**S**ingulas Disputationum Species Nosologiæ §. II. & sub fin. recensitas, Semeiotica sua peculiari instruere nunc nec vacat, nec instituti ratio permittit. Ne tamen hanc oppido necessariam partem plane silentio præteream: unius saltem præ reliquis frequentissimæ facile speciei, Ambitiosæ scilicet Disputationis, nobis hic illius, qvæ in horis immodico appetitu, seu intemperanti cupiditate, qvæ aliis etiam arrogantia dicitur, posita est, signa aliquot præcipua percurram, in specimen reliqvorum. Etsi qva disputationis, res in aprico posita, illustratione non egeat, qva ambitiosæ, ex Ethica speciali tota pateat. Quoniam tamen & hæc nondum cuiqvam est tradita, ne tota hiet hæc tractatio, saltem primæ lineolæ adumbrentur. Itaqve Signa sunt vel

I. Concomitantia (I) Essentialia, quæ absolvunt (1) Forma Ambitiosæ Disputationis, quæ colligitur ex [1] Præsentia Finis Ambitiosarum Disputationum, quæ Generalis, Qui est Honor, Fama, atq; Auctoritas disputando comparanda, qvorum omnium, teste quotidiana experientia, majori, proh dolor! quam fas est, desiderio mortalium pleriq; teuentur. Nam trahimur omnes (sunt verba profitentis id majori apertura, quam honestate, Cicer. in Orat. pro Arch.) laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. Oppositorum igitur Honori, Famæ, atq; Auctoritati Fuga & vitatio huc etiam omnino pertinet. Puta: Obscuritatis non minis, Vitæque ingloriæ, & Contemptus, ceu pestis & noxæ vitæ, etiam cum tranqvillitatibus animi jactura. quæ Specialis. Videlicet ut ex Honore, Fama, atq; Auctoritate, & Oppositorum Evitatione Promotionis spem, aut ipsam etiam Promotionem ad Munus Officiumve Publicum nanciscantur, aut sordidum lucrum captent, aut majorem Libetatem atq; potentiam adipiscantur: ut ne contemni ab aliis aut irridendi videantur, aut alteri cedere, etiamsi se victos sentiant: ut gloriarisi possint, alterum ad silentium ita redactum, ut ne verbulum quidem respondere potuerit: ut magni habeantur ab aliis: ut veneracionem inveniant ac admirationem: ut amentur ab omnibus: ut ipsos alii metuant, tanquam disputatores acres: ut ipsis faveant tanquam Præsidibus singularibus, & applaudant: & ut Honore, Fama, atq; Auctoritate, & Oppositorum Evitatione, quam ambitione & arroganter disputando nancisci sperant, & quæ præcellere aliis possunt, instar Pseudo-Magnanimi Aristotelie, 4. Nic. 3. Lætari & in iis Acquiescere possint: Non minis; Immortalitatem hac ratione sibi comparent; & Auditorum maximum numerum in suas partes trahant, &c. [2] Absentia Veri Disputationum Finis, quæ Generalis & Ultimi. Videl. Amicitiae cum DEO, & virtutis excolenda. quæ Specialis, Proprii ac Intermedii. Nempe Veritatis inquirendæ.

[3] Directione omnium operationum disputatoriæ, quæ supra in Physiol. §. IV. narratae sunt, ad finem disputationum ambitionarum impetrandum. Videl. Honorem, Famam, atq; Auctoritatem & Oppositorum Evitationem. Hæc vero Directio est vel Theoretica, consistens in Logica Scientia ad merā ostentationem comparata. V. Gr. si quis non nisi intricata maxime Sophismata, omissis utilioribus Logicæ partibus, sectari didicerit, ut iis sele jactari & aliis insultare possit, vel Practica. Hæc vero innititur

DISPUT. SOCIET. AMBITIOSÆ.

tur iis fundamentis, ex quibus Voluntas & Facultas ambitiosæ disputandi colligitur, de quibus infra. (2) Ma-

teria Ambitiosarum Disputationum (1) vel ex totô considerata. Ubi Corpus Delicti requiritur, sive factum ipsum patratum, id est, ipsa Ambitiosa Disputatio, jam olim aliquoties, minium semel celebrata. Nam qui semel ambitiosè disputavit, etiam iterum ambitiosè disputans, & disputaturus præsumitur.

(2) vel ex parte. Et hanc consti-

tuunt (a) Disputantes ambitiosæ disputationi apti. Qui vel sunt Agentes vel Patientes. [1] Agentes sunt, qui volunt & possunt ambitiosè disputare, sive Honorem, Famam, atque Auctoritatem, & Oppositorum Envitationem disputando querere. Quales sunt, ut ex multis pauca seligam, E. Gr. Superbi, Impudentes, feroce, insolentes, Assueti aliorum contemtui, Promti lingua & Alacres ad ostendandum sese, Solertes ad inveniendum materias ambitiosæ disputationi aptas, Leves, superiorum & similium Impatientes, pro imperio omnia agentes, emergendi studio nullius famæ parcentes, in Conspectu & expectatione positi, publiceque se turpes daturi, si vincantur actu solenni. Sophistæ, ambitiosorum disputantium amore ac zelo flagrantes & studiosi, Ambitiosis disputationibus gaudentes, & membra atque auctores ipsarum omni honore, encomio, ac laude dignos judicantes, Opulenti etiam quandoque, & multa jam Fama pollentes, cujus sunt insatiabiles. Ut adeo hic quadret tritum illud proverbium: *Quo plus sunt potæ, plus si-  
tiuntur aquæ.* Item Eruditi & Dotibus ingenii instructiores, quam aliœ, &c.

[2] Patientes sunt, quibuscum ambitiosæ disputari potest, id est, quibus opponentibus vel respondentibus, Palma facilime obtinenda sperari potest gloria. Ut sunt: Pusillanimes, Meticulosi, Vitiose verecundantes, disputandi artem non intelligentes, disputandæ materiæ ignari, Experientia disputandi destituti, Imprudenter disputantes, adeoque Vecordes, Simplices, Stolidi, Incauti, Improvidique, &c. disputationes. Item Contemtui omnium expositi, ac tales, quibus auditores invisi sunt, quos oderunt, detestantur, & irrideri volunt, &c. Nec non inepte Venerantes adversarium, rerumque omnium Admiratores, Antagonista sui laudatores, adulatores omnium, &c. Nec non Stupidi & Somnolenti, &c. Quæ Vitia quo alteri magis aut plura erunt in altero cognita, eo illum confidentius facient ambitioni operari.

(β) Operationes disputantium, quæ talium, ambitiosæ, quibus  
utens

utendum in (1) initio. Cujusmodi sunt, si extraordinaria diligentia Respondens aut Opponens præmeditatus sit gloriolam è mustaceo, argumenta inutilia in se, insolitam ostentationem redolentia, præ utilioribus: si Invitatio ad opponendum ambitionem sapiat, v. gr. si cum contemtu recenseat, qvibus alias victor insultaverit; si absqve ratione glorietur familiaritate, qvæ sibi cum magni nominis Viris intercedat; si methodum studendi, curamqve ac diligentiam propriam, qvam literis impedit, exponat, ubi non erat opus &c.

(2) Continuatione. Videl. Si omnis ejus Oratio, puta, Oppositio, Argumenti Assumtio, Responsio, Probationis Petitio, Probatio, Explicatio, Solutio, Duplicatio, &c. gloria sit, & cum contemtu adversarii conjuncta. Qvo pertinet monitum Plutarchi de Sent. Virtut. Profect. p. m. 80. Tom. II. Moral. Considerare oportet, oratione ne utramur apud alios vane gloria gratia; sed audiendi, ac cum docendi, cum vicissim discendi causa.

(3) Exitu. Nempe: si simulet, se multa monenda præmittere, qvod & sub initium lœpe jactabundi commemorant: se multa male se habentia condonare, & privato colloquio examinanda reservare, ne reliquis Dominis Opposituris tempus præcipiat: altius meditanda, non hujus loci, subtilia nimis, præterire se studio, cum nil habeant. (y) Materia stricte dicta, sive Res Ambitionis disputationi apta, vel per se, vel respectu presentium circumstantiarum. Qvorum pertinet materia nimis subtilis & intricata, & ex Antiquitatum Historicarum minutis inutilibus petita, &c. Qvale plerqve Scholasticorum, qui vocantur, disputationes fuerunt. (II) Accidentalia sunt Circumstantiae (1) Loci, ad Honorem, Famam, atqve Auctoritatem comparandam, & opposita evitanda disputando idonei. Ut sunt ordinarie omnia Loca Publica, à Majoribus ad id ipsum instituta, ut ibidem disputaretur. Qualia sunt Gymnasia & Auditoria Academica, &c. Qzæ qvo sunt splendidiora & superiora, adeoqve magis ambitioni conducentia: eo magis si insolita, aut loca in illis insolita affectentur, de ambitione testabuntur. (2) Temporis ad honorem, Famam, atqve Auctoritatem disputando acqvirendam, & opposita evitanda opportuni ob confluxum hominum, v. gr. ad Nundinas, aut aliam Celebritatem, &c. (3) Auditores qværere ignaros rei, sed Conspicuos, & in summa auctoritate positos, interim nūl intelligentes de re tractata, qvi ambitionis

tiosis diputationibus magnopere delectantur, & inferiorem despiciendo ac irridendo, ad ambitiose disputandum disputatores excitant, & cruditionem atque doctrinam non ex argumentorum pondere atque valore; sed ex victoria (si victoria est verborum multitudo, qva alter injusse opprimitur) metiuntur. Adhac rudes atque ignari, & simplices conquisiti opponentes ac auditores, & male animati erga alterum, quemcausa cadere volunt. &c.

§. II. Antecedentia, qvæ sunt *Causæ Essentialium*, f. N. p. 31, n. II. sive qvæ ad Ambitionem ducunt, eamne producunt; aut, qvæ oppositam Virtutem, scilicet Modestiam, destruunt, qva Generatim, ita, ut Malitia Moralis in universum sit communis; ut sunt Proæresis, Consuetudo, Inclinatio ad malum; &c. qva Speciarim, ut Ambitionis sint propriæ. E. Gr. Proæresis ambitiosos disputatores imitandi. Et harum Causalrum alia desumuntur ex

1. Vitiis Intellectualibus. E. Gr. Si disputator primis tantum labris disciplinas degustarit, aut nunc primum eas degustet. Cujusmodi plerique ea sibi scire videntur, qvæ, qvia ipsi modo nesciebant, etiamnum alios nescire putant. Huc pertinet Florent. Schonhovii Emb. 73.

*Ut spicæ vacua levant cacumen,  
Et plene reprimunt, solumq; spettant:  
Sic homo vacuus scientiarum,  
Et, cui nihil est probæ monetæ,  
Pre se despicit eruditiores:  
At contra Sapiens, suoque sese  
Explorans modulo, videbit usque,  
Qvam sit testa sue impolita mentis.*

It. Si alios consulat de materia disputanda, qvæ maximam famam partitura sit.

2. Pravis Affectibus. E. Gr. Si φίλαυτος sit, qviq; aliorum contemtu gaudeat, gloria doleat. Si se ipsum ac sua admirari satis nequeat, sibiq; ipsi ultra modum placeat cum suis inventis, scriptis, dictis.

3. Vitiis Moralibus, & (1) Impietate. E. Gr. Si Revelationes immediatas somniet, Enthusiasta imaginarius in sacris sit, qvi homines omnino ratione sunt incurabiles ordinario, qva tales; aut si DEum nihil curret & contemnat, Divinamq; existentiam aut neget aut impugnet. Si sit hypocrita, pro DEO suam colens gloriam.

G

(2) In-

(2) Intemperantia. E. Gr. Si modeste atque sedate agere, nedium disputare nec noverit. E contrario vero ambitione disputandi media & adminicula anxie circumspiciat, & omni molimine, studio, industria atque labore undique conquirat. Si nulla ipsi aut laxa sit erroneave Conscientia, quæ id impedit. Si aviditate lucri ad ambitiose disputandum impellatur, aut Intemperantiae quavis alia specie.

(3) Impotentia animi. E. Gr. Si quis superbi animi sit, seqve artibus atque scientiis non tinctum leviter aut imbutum; sed perpolitum: imprimit autem materiae disputandæ gnarissimum, ac artis disputatoriæ peritissimum, fallâ licet opinione, sibi persuadeat: Si ex eruditione, virtute, opulentia, aut felicitate alia, superbiat. Si multa polliceatur, quæ præstare nequit. Si promptus & fervidus sit (ut Innocent. verba de Utilit. Condit. Hum. mea faciam) ubi placere cognoverit, remissus & tepidus, ubi putaverit, se displicere: improbet mala, detestetur iniqua; sed alia cum aliis probet & improbet, ut judicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut à singulis approbetur. It: si semper (Innocent. ibid:) pavidus sit, semper attentus, ne dicat, quod displicat, humilitatem simulet, honestatem mentiatur, affabilitatem exhibeat, benignitatem ostendat, subsequatur & obsequatur, cunctos honoret, universis inclinet, frequentet curias, visitet Optimates, asurgat & amplexetur, applaudat & aduletur, ut adsint sibi disputanti. Si ad irrogandas contumelias validus sit; ad tolerandas autem infirmus. Si ferox & impudens sit, &c. supra jam dicta. Si contemptum sui iniqviiori, quam oportebat, animo ferat, & quidvis potius sibi preferendum censeat, quam ut errasse se profiteatur. Qvod signum eo certius evadet, quo tenacius istud consilium exequatur.

(4) Injustitia. E. Gr. Si aliena facta falso sibi vendicet, & eorum auctores non modo non laudet: sed conviciis lacret, ne ab ipsis mutuatus videatur. Si se solum (Erasm. lib. 7 Apopht.) ac primum esse referat, qui vos vel illud invenerit, magnorumque atq; illustrium Virorum, ut olim Demonax Antisthenis, Crateris, Diogenis, sectatorem gloriatur ac jactitet, aut generatim de se ipso saepius loquatur, suaque prædicet gratis. Scilicet Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciatur alter! Si adversarium negligere, & contemnui atque ludibrio habere, & tanquam discipulum, non sibi æqualem, tractare: aliosque se ipso longe doctiores ac eruditiores despiciunt habere: potestatemque sibi

DISPUT. SOCIET. AMBITIOSÆ.

sibi de iis judicandi arrogare consueverit, quo illis plus sapere videatur. Si male de adversario cogitet, accusando eum dementiae, arguendo stultitiae. Si male affecto animo sit erga adversarium, eive obstet, quem in honore, fama, atque auctoritate esse videt. *Ambitiosis enim* (Plut. Tom. II. Moral. de Frat. Amor.) *ingeniis inuidia atq; obrectatio incidit adversus honore aut gloria præstantes.* Si obscure loqvatur & ambigue, ut alteri non intelligenti ejus oracula, divina quædam Pythia videatur.

*Omnia enim stulti magis admirantur, amantque,*

*Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt.* Ut ait Lucretius.

4. Corporis habitu, ostentatores, quales sunt & secundum aliorum opinionem & experientiam quotidiana, E. Gr. si (Innocent. loc. supr. cit.) disputator *vultur averiat, cervicem erigat, fastum ostendat.* It. J. N. p. 96. n. 6. *Supercilia elata, &c. it. p. 97. n. 10.*

5. Malis Bonisve Fortunæ. E. Gr. Si arrogantium & ambitiosorum disputationum quotidiana familiaritate utatur, eorumque disputationibus publicis, & privatis colloquiis interesse gaudeat, & scipissime intersit. *Corrumpt enim mores consortia prava.* Si ab ambitiosis parentibus & inter ambitiosos natus, ac disputationes tales educatus sit, & ambitiosorum præceptorum opera utatur, quorum exemplis domesticis ad ita disputatione impellitur. Si splendidis Majoribus gaudeat. Nam *elatione implentur & fastu parentum clarorum filii.* Plut. de Educat. Pueror. cap. 2. §. 6. Si opibus abundet, ex quærum copia (Cic. in Orat. de L. Agrar.) *atq; rerum omnium affluentia primo arrogantia nata est.*

S. III. Consequentia sive Effectus Ambitiosarum Disputationum  
1. Proximi. E. Gr. Si quis majorem Facilitatem, Celeritatem, & Suavitatem ambitiose disputandi consecutus sit. Si fructum ambitiosæ disputationis quæsumus sit consecutus, vel *Generalem & Immediatum.* Videlicet Honorem, famam, & auctoritatem.

vel *Specialem & Mediatum.* Videlicet

Officium publicum, lucrum, libertatem, potentiam, victoriam, benevolentiam, favorem, celebritatem nominis, assensum auditorum, &c.  
2. Remoti. Quales pertinent ad (1) *Vitia Intellectualia.* E. Gr. Major Experientia ambitiose disputandi, quæ cum habitu conjuncta Peritia nuncupatur. It. Si vehementior & pertinacior fiat disputans, disputatione finita, & Astutior atque Versutior in disputando.

(2) *Affectus pravos.* E. Gr. Si cristi

G 2

fas

etas post disputationem magis, quam ante, erigat. Si elationis animi sit. Si majori honoris desiderio feratur. Si confidentior sit factus & gloriösior, ac antea. Si lætitia ex contemptu silentiove alterius exultet. Si vindictam & talionem contemptu灌溉isve ab adversario metuat.

(3) Impietatem. E. Gr. Si sit hæreticus. Plerumque enim ex ambitione lapsus fit in hæresin.

(4) Intemperantiam. E. Gr. Si arroganter & ambitiosior, & lucri ac libertatis intemperantior factus sit.

(5) Animi impotentiam. E. Gr. Si multo superior, insolentior, atque ferocior, & Contentus sui ac alienæ glorie impatientior evaserit. (6) Injustitiam. E. Gr. Si pessime de adversario judicet, & ipsum irrideat, & vilipendat, & suam victoriam cum adversarii contemptu junctam aliis jactet. Item, si impudentior factus sit; siq; miseris & jejunas objectiones adversario exprobret, gloatetur se calatum obtudisse, os obturasse alteri.

(7) Corporis habitum. Videl. si ambitionis corporis signa supra proposita, quibus antea non laborabat, post disputationem compareant, aut si longa ambitionis consuetudine corpus suum quis ita assuefecerit, ut vix possit, quin eam vultu, gestibus, incessu, totoq; habitu prodat. (8) Fortunæ Bona Malave. E. Gr. Fama communis & testimonium aliorum, imprimis eorum, qui disputationi interfuerunt, indignantium ob lædentis ambitionem & læsi injuriam. Imo, & propria confessio ipsius disputatoris, malitiam suam non dissimulantis. Si disputantes sibi ab illo caveant, tanquam Sophista, ac alienæ gloriæ obrectatore. Si quis cum eo iterum disputare nolit, propterea, quod ambitionem ejus ferre non possit. Si condiscutans ex eadem ratione societatem justo citius solverit. Si idem de existimatione imminuta conqueratur, aut plane id se non inultum abire passurum minetur. Si Ratione Status adhibenda erga ejusmodi Socium opus habeat. Putà: ad patientiam ambitione dictorum se præparando. Qualia etiam multo specialius innumera cumulari, ac in infinitum copulari & misceri possunt, vixq; ulla invenientur sola, & unius generis ac simplicia, sicut nullus morbus, imo nulla fere malitas sola est, sed cum relatione mutua, & a potiori estimatione facta dijudicanda, invicemque ex mutuo incremento dato vel impedimento censura notanda, &c.

THE-

# THERAPEUTICA

sive

## Ratio Status & Modus Curandi

### DISPUTATIONES AMBITIOSAS.

**R**ationis Status Bonæ Consortiorum in genere singulae species, earumque Definitiones, *J. N. p. 44. §. I.* exhibitæ sunt. Quibus insuper Propositiones, naturam ipsarum ulterius explicantes, *J. N. p. 46. §. II. & p. 47. §. III.* subjunguntur. Hoc loco in id unicè pro virili incumbat, ut Leges Juris Naturalis de Ratione Status Bona, in Disputationibus observanda, delineem, facta applicatione Legum Juris Naturalis, *J. N. p. 48. §. IV.* enumeratarum, de Ratione Status Bona in Consortiis imperfectis in genere observanda.

§. I. Ultraque Disputantium pars, imo, & Auditores naturaliter ad hoc obligantur, ut sui disputationumque intuitu, Imperfectionibus disputationum pro virili medeantur, & succurrant. *J. N. p. 48. §. IV. Leg. I.*

§. II. Ordinarie Ratio Status Heroica (*J. N. p. 45. def. 2.*) in Disputationibus observanda est, ut leges Optimarum Disputationum, in fine Nosolog. recensitæ, etiam erga imperfectos & malos condisputantes, quam latissime extendantur, & amplientur. Qvod ipsum ut in exemplo patet, Legis VI. recordemur, secundum quam Probitas excereenda est erga condisputantem. Extenditur autem qvod ad partem minus principem Prædicati, ut sub condisputantibus etiam auditores comprehendantur, quinimo, & auditorum auditores, sive qui ex illis de nostra disputatione audire possint. Non solum autem extendendæ, verum etiam quam efficacissime intendendæ sunt. Qvod in eadem lege fiet hoc modo: Si quis probitatem ita omnibus viribus exerceat, ut simul in altero æmulationem excitet. *J. N. p. 48. Leg. II. III. IV.*

§. III. Tum demum Rationi Status Secundariæ (*J. N. p. 45. def. 3.*) locus erit, quando (1) Remittendo sive non in totum omnibus viribus exercendo Optimæ Disputationis leges, malitia ex optima præstatione nunc per Accidens oritura evitari potest. E. Gr. si quis sua Lenitate abuti alterum videat, ab ea utique in tantum remittet, ut ne illi ferociendi det occasionem.

(2) Restringendo sive in totum omittendo Optima Disputationis Leges; alia vero illis quam proxima officia substituendo, imbecillitati meliora praestare non valentium succurritur. E. Gr. Si Viro aut seni magnæ eruditio cum adolescentे adhuc rudi & imperito, disputare contingat, non tam Disputatoria, quam Didacticæ Societatis observabit præcepta. Quoties ergo nec Heroica nec Secundaria Ratio Status ob disputantium imperfectiones varias, locum habere potest, omissio vel prohibitio praestat, quam pravum disputandi exercitium. J. N. p. 49. Leg. V. VI. VII.

§. IV. Nunquam alienæ pravitati disputatoria, nostra pravitas opponenda est, E. Gr. Maledicenti non est remaledicendum. J. N. p. 49. Leg. VIII.

§. V. Ob varias disputantium plerorumq; imperfectiones & Mentis, disputationis naturam legesque non intelligentis, & Voluntatis ob malos affectus bene disputare nolentis, & Morum ex frequentatione malarum disputationum contractas, aut alias valde varias, utique conductet, certum disputandi ordinem atque modum ab artis illius peritis simis, Logices nempe & Juris Naturalis Doctoribus, prescribi solennem & ordinarium, legibusque positivis confirmari & introduci. Ut apparet, quousque unaquamque disputatio laudari vel excusari, adeoque tolerari debeat. J. N. p. 49. Leg. X. Interim ut specialior earum legum natura ac ratio magis constet; Rationum Status Disputationibus Imperfeti applicandarum Species certas delibabo, in peculiari Therapeutica Ambitionarum Disputationum, quarum signa in Semiotica enumeravi, ne plane hanc oppido necessariam partem silentio praeterisse videar. Omnis igitur Ratio Status Ambitionarum Disputationum duplex est. Vide licet, Disputantium erga se in vicem, & Tertiiorum sive Auditorum aliorumq; non disputantium erga disputantes. Haec porro est vel Medicata, vel Immediata: illa vero vel Disputantis, ambitione sua alterum laedentis, vel Disputantis ambitione alterius laesi. Utraq; vel Immanens est vel Transiens. Nulla autem non Ratio Status vel Præparatoria, vel Præservatoria, vel Curatoria est. His omnibus accedit Ratio Status Attollens. De quarum omnium natura consuli potest Eth. p. 609. §. I. J. N. p. 45. def. 4. 5. & p. 50—56. Singulæ nunc ordine sequuntur.

§. VI. Et primo quidem Ratio Status immanens laesorum. Quam unam malui stylo à reliquis diverso proponere. Ut levius alicujus specimen

DISPUTATORIÆ SOCIETATIS AMBITIOSÆ.

ciminiis instar esset, qvanta ubertate ex hisce principiis & relique Ratio-  
nes Status, longe hac fœcundiores, possint explicari, si major scriben-  
tis facultas accederet atque copia. Si quando igitur cum ambitioso con-  
ferre sermonem tibi contingat, id qvod in hac vitiorum lerna non pot-  
est non sc̄epissime contingere: priusquam de alterius vitio curando si-  
mus solliciti, nobis ipsi medeamur necesse est. Ne, qvod medicis ac-  
cidere solet, qvibus, si aliorum gerunt euram, se vero habent neglectui,  
sua exprobratur valetudo: idem & nobis accidat, si nostro morbo con-  
tempto, aliorum velimus misereri, ipsi miserandi. Qvare medicus so-  
cii totiusqe societatis ambitione ægrotantis si velis esse, prius eura  
te ipsum. A te fac artis tuae initium. In te, qvid possis, experire. Po-  
stea de aliis videris. Nusquam enim rectius, qvam in abjiciendis vitiis  
acqvirendisqe virtutibus Comicum illud seqvimur: *Proximus sum ego  
met mibi.* Est, ubi ratio jubet, famæ, rei, vitaenique jacturam fa-  
cere meæ, ut evitem alienæ. Nusquam vero quando de virtute agitur,  
qvisquam recte sibi qvenquam prætulerit. Qvin imo, qvod hic est præ-  
cipuum, qvi sibi ipse non prius medicas adhibuerit manus, qvam alte-  
rius ambitioni paret remedium, eum non medicum agere, sed medici  
honorem ambitione affectare recte dixeris. Turpissimum vero est, qvam-  
vis proh dolor! freqventissimum moralis medicinæ genus: idem vitium,  
qvo alios liberare nobis sumimus, longe gravius committere. Cave  
ergo, de qvoque emendando prius, qvam de temetiſlo cogites. Non  
est malum ullum, qvod plurium societatum valetudini recuperandæ  
magis obſtet, qvam plerosqe omnes non ad sua, sed aliorum tantum-  
modo vitia intendere animaum. Ita fit, dum hic illius, ille hujus mu-  
tuas noxas otiosus & odiosus contemplatur, neuter vero ad se respicit,  
ut uterqe strenue pergent esse mali, pessimi malorum Censores. Ut  
vero magis etiam ad nostram ipsorum salutem ante omnia curandam  
nosmet excitemus, illud etiam perpendamus: Alios non ita esse in no-  
stra potestate, ac nosmetipſi sumus. Medicamen qvis propinat alteri.  
Sed medicas exercet inaniter artes, qvia id alter respuit. Sibi vero ne-  
mo qvisquam frustra facit medicinam. Præterea, ne putas parum te  
in commune consulere, cum à noxiis vitiorum humoribus te repurgas.  
Nam te si reddideris meliorem, qvia membrum es corporis, societatem  
iplam, non te ſolum, feceris saniorem. Qvamobrem ſi cum vitioso li-  
ne vitio, cum ambitioso modeſte viſ disputare; en tibi remedium præ-  
fentis.

sentissimum, *Patientiam*. Patienter fac feras ambitionem ejus, quo cum tibi res est, & Rationem Status Immanentem, sive erga temetipsum exercueris. Ut vero medicos imitemur, qui ægrotanti potionem medicatam non præscribunt tantum, sed & ipsi miscent: ita & nos patientiam qvæ ingrediuntur, in medium afferamus, & inde medicamen tam generosum quasi componamus. Universa vero ad tria summa capita commode possunt revocari. Ut (1) impatientiam ne augeamus. (2) Eandem ut immixuamus. (3) Patientiam ut acqviramus. Primum Ratio Status Præparatoria, sive Conservans, Alterum Præservatoria, sive Emendans, Tertium Curatoria sive Sanatoria & Perficiens nominatur. In prima applicatur *Caput II. Eth. Therapeut.* in secunda *Caput III.* in tertia *Caput IV.*

(1) Rationis Status patientibus observandæ primum esto hoc remedium: *Impatientiam alienæ ambitionis nolle sibimet ipsi augere.* Leve hoc quidem videtur esse virtutis initium. Sed ut in ægris corporibus jam sanitatis pars æstimanda est, si lues saltem latius serpere nequeat: ita & animus laborans, jam ex parte convaluisse non immerito censemur, si virtus sua incrementum modo capere non finat. Id ita fiet, si saltem non data opera nobis proponamus fieri pejores, i. e. ambitionem alterius, & inde ortam, aut orturam læsionem animo ferre iniqiori. Hoc si à nobis impetraverimus, ut non velimus ipsi nos reddere vitiosiores, jam ex vitorum quasi somno expergescati, virtutis iter sumus auspiciati. A quo ne in pristinum veteranum mox delassati relahamur, ad viam strenue perseqvendam oportet nos ulterius præparemus. Qvare voluntate contra impatientiæ augmen, per omissionem propositioni mali præparata, proximum est, ut Intellectui succurratur, ne quid hic veteris vitii in illam refundat. Is cum vel universalia meditetur, vel singularia: utroque modo ne ambitionis impatientiam reddat auctiorem, summa ope niti decet. Illius, qui universalibus cogitationibus occupatur, Intellectus Theoretici, præparationem hanc adhibe. Cave, ullius rei considerationi mentem advertas, unde impatientiæ quid accrescere possit. Cujusmodi est illa larva potius superbiæ, quam virtus, Magnanimitas Aristotelica. Eam qvî animo perpendet, si assentiat, næ is non paulum alterius fastum feret indignius. Qvî enim vultum, gestus, verba denique ambitionem spirantia videre & audire posset is, qui ex Magistri hujus sententia, Magnanimi esse statuat, eo ne quidem accederet,

7<sup>e</sup>

re, ubi principem locum obtinent alii. Nicom. lib. 4. c. III. Profecto his ejusmodi pessimis opinionibus ita imbutus, ut ferre nequeat eum, qui primatum sive dignus sive indignus jam obtinet, non poterit non impatientissimum se gerere erga eum, quem secum disputantem primas nunc demum modis indignis affectare videt. Procul ergo hinc, procul sint pestifera hujusmodi decreta. Valeant cum suis dogmatibus impatientiae doctores, valeant eorum scripta, valeat conversatio. Nihil cum iis negotii habere querendas. Nimia malorum turba sponte tibi etiam frequenti occurret. Qvis enim eos omnes evitari, qui male sanis quotidianos nos querunt reddere insaniores? nihil nausicæ esse hominem contumeliose clamitantes, qui alterius ferociam ferat. Hæc nocentissima vulgi vox, ne te in cursu, quem semel instituisti, remoretur, multo minus ad veterem consuetudinem renovandam te quasi vinculum retrahat: aures ab hac Sirene averte, averte animum, si eam prorsus effugere ne quis. Prima hæc est intellectus theoretici preparatio, nolle impatientiae irritamenta sponte meditando alere; altera, nolle patientiae incitamenta sponte oblata ex animo, tanquam carbones ignitos ex veste, ejicere. Venit tibi forte in mentem, aut legenti occurrit, aut ab alio admoneris, quanta sit virtus patientia, quam pulchrum sit eam adversus disputantem ambitiosum exercere. Saltem ne distrahas mentem, ne liberum protinus abjicias, ne suadentem tam salutaria relinqyas. Multos habituri essemus minus malos, si omitterent de virtutis studio cogitationes nullo sibi labore natas suffocare. Quid imo videoas quodammodo moderato ingenio, ut lenissimi essent futuri, nisi sponte animum ad contrarium vitium, quo imprudenti vulgo fortes videantur, detorquerent. Sed & intellectum Practicum, quem vocant, præmuniamus, ne ambitionis intolerantia in ipso latius, tanquam hostis impressione facta, grassetur. Hanc vero muniendi rationem accipe. Primum, ne quod animo volvas exemplum lectum, visum auditumve, ex cuius meditatione Impatientiae quidquam accedere, patientiae vero decadere possit. Ita immane quantum vitio huic obstaculum posuerimus. Vix enim dici potest, quam latam animi hostibus portam aperiamus, dum malorum exemplorum contemplationi vel imprudentes indulgemus. Nam perinde ut oculi corporis non sine contagio scelera viderint, nisi ex vitiis proficere sciamus, quæ perfectiorum jam est exercitatio: ita multo magis oculi mentis, nisi à vitiorum consideratione prohibeantur,

vel ipsa videndi consuetudine nos inficiunt. Nempe ut fabularum Milesiarum amatores, longe vehementioribus affectibus inquietantur, itera-  
ta scopiis lectione attentaque meditatione, quam si eas semel coram a-  
gi spectassent. Alterum quasi monumentum contra impatientiae insul-  
tum hoc sit. Si quando per impatientiam alienæ superbiae ferendæ pa-  
res non fuimus, ne quasi egregii facinoris conscientia nobis blandia-  
musr. Alias veterem probando culpam, ad novam nos præparaveri-  
mus. Neque usquam intolerantiae terminum statuet is, qui examine in-  
stituto, quæ peccavit, recte facta decidit. Confine huic est illud: omitt-  
ere malam Censuram. Vidisti quendam disputatorem ob alterius su-  
perbiæ excandescere. Abstine prorsus censura, si licet. Sin minus,  
mala saltem abstine. Ne pessimi judicis officium, laudando vitiosum,  
occupes. Non enim ut in virtutibus locum habet illud: *video meliora  
probog, deteriora sequor.* ita & vice versa in vitiis. Hæc enim quan-  
do videamus probamusq; certe pro monstro esset exemplum, contraria  
si sequeremur. Quartum hoc habe. Deliberationem impatientiae au-  
genda ne callide imprudenterve suspicias. Nam ut vel unicam tantum  
Calliditatis partem tangam. An non ineptissimum sese reddiderit, qui  
cum ambitioso tolerabiliter disputet, si multo ante jam versute sit præ-  
meditatus verba, quibus alterius ambitiose dicta velit retaliare. Cum è  
contrario, imparatus si accessisset, injuriam, quam sibi inferri putat, qui-  
bus verbis revomat, forte non inveniens, concoxisset. Tandem & il-  
lud impatientiae impedimentum objiciamus; ut ne ex animo excutiamus,  
si quod nobis forte mansuetudinis adminiculum incidat. Succurrat  
mihi exemplum disputatoris modestissimi. Ad eandem virtutem me  
præparo, si mentem ab eo non revocem. Succurrunt verba modesta,  
succurrunt alia media. Si eadem non petulanter aversor, jam pri-  
mum virtutis gradum feci. Habet, quibus remediis intellectum  
præparare opus est, nunc de Affectibus accipe. His imprimis tan-  
quam ferocientibus militibus, licentiae limites non sunt laxandi, ne  
quid ultra damni dent. Primum itaque non attendere studeamus, quam  
alterius ambitione lædamur, quam vehementer, quam indigne; non  
cum aliis, inepte malum exaggerantibus, de eo colloquamur, non ob  
id contristemur, non adversario irascamur, non odio eundem profe-  
quamur. Minus enim ferre poterimus ejus vitium, erga quem ita fue-  
rimus affecti. Non vindicare statuamus, si quo verbo ambitioso offen-  
damur.

damur. Non adversarium præ nobis contemnamus, ne ambitionis inde augeatur indignitas, ex indignitate crescat indignatio. Erga nosmet ipsos ne nimio nostri amore feramur, ne venerationem, obedientiam, gratiam ab eo, qvocum differimus, nobis deberi persuadeamur. Et ut summatis dicam, arte oratoria ne ad impatientiam exstimulandam abutamur; sed illud meminerimus: oratorem non esse, nisi virum bonum. Deinde, ut mali affectus non sunt excitatidi, ita neqve boni sponte suborti sunt suppressendi. Qvare si odium, si penitentia, si pudor impatientiae, si metus mali majoris ex ea nascendi, animum nostrum subeat, si misericordia ambitiosi, adeo miserandi, commoveamur: motum ultiore tam salutarium affectuum ne consulto consilio, aut adhibito artificio sistamus. Sensus interni hoc modo recipienda virtuti præparabuntur: Si fallacibus argumentis, qvæ intolerabilem esse alterius insolentiam concludant, nobis ipsis non ulterius imponamus. Cujusmodi sui ipsius corruptores sunt, qvi suas actiones ex plurimorum opinione metuntur, rectumque judicant, qvidquid iis probatur. Hinc cum plerique ambitionem alio vitio compensandam statuant, id tanquam officium suum sequuntur, in malitia suæ incrementum argumentantes. Id qvæ ad sensum communem spectat. Imaginationem vero cum Poësis excusat: hanc etiam ne in nostram perniciem adhibeamus, cautio est. Cum tanta vis sit imaginationis, ut corpori morbum possit mortemque inferre: quidni & animam vitiiis corrumpere ac perdere possit? Qvam obrem pessime sibi consulerent, qvi ad perferendam arrogantiam cupiunt præparari, si indignantis disputatoris imaginem jucunda repræsentatione coloribusque poëticis sibi exprimerent, aut ab aliis expressam specularentur. Nam qvi impatientiam virtutis habitu decoram mendaciter sibi fingunt, non magis patienter disputare possunt, qvam bene oleare, qvi in culina habitant, aut caste vivere, qvi nequitiarum magistris uiuntur. Tertiis etiam sensus interni, memoria, malitia ne crescat, prævideamus. Puta, ne nobis ea paremus mnemosyna, qvibus ad alienæ arrogantiae impatientiam possimus instigari; ne memoria mandemus dicta, qvibus alterum simus excepturi, si qvid nos offendat; ne recolamus, si qvid olim in nos commiserit. Sensuum externorum hæc esto præparatio. Utne disputator adversarii vultum superbum aut mimicum, unde impatientiae irritamenta metuit, intueatur, nec maledicentem aut injuriantem aut irridentem audiat, ne iracundia exardescat. E contra-

rō si tertium qvendam disputationis locum habeamus , modestæ tolerantiae exemplar , ei ne desinamus arrectis auribus adstare , totumq; corporis habitum oculis observare . Tandem & Locomotivām non negligamus . Qvæ qvid ad morum bonitatem bona , ad malitiam mala conferat , vel inde cognoscimus : qvod devotio qvorundam incendatur manibus oculisque in cœlum sublatis , item statione , aut si de geniculis adorent , (ut Tertulliani phrasit ut) contra , gestibus adversis eadem extinguitur . Idem fit in vittorum augmine . Qvare corporis externis motibus ne internos latentesque animi motus eliciamus , neq; si nolumus ira effervescere , iratorum habitum formemus , solum pedibus tunden- do aut verrendo , dentibus stridendo , frontem attrahendo , brachia pugilum more projiciendo , ut depugnaturi videamur . Inprimis autem Loqvelæ moderatio , sive silentium huc spectat . Unum hoc qui nove- rit , ad mansuetudinem erit præparatissimus . Omitte verba , unde habeas metuere , ne tibi exasperes impatientiam . Nam verbum ex verbo nascitur , & si semel linguae laxaris froena , statim è potestate tua exhibet , & ad extrema præceps ruet . Dum animo dolor premitur , spes est , ut opprimatur . Ubi foras eruperit , ipsa libertate crescat . E contrario , assedatis gestibus , qvibus assuevimus , à bonis verbis , à modestis compellationibus , & id genus aliis , ne nos ipsi data opera desuefaciamus . Age denique , & actionum ex superioribus compositarum præparatoria remedia videamus . Qvorum primum est , ut omnes occupationes o- mittamus , ex qvibus major alienæ ambitionis impatientia possit evadere . Hinc fugienda ea omnia vitia , unde impotens animi dolor vires capere possit . Ita qui ipse arrogans est , aut ambitiosus , vanæque gloria cupidus , sui similem multo feret ægruis ; eruditione elatum rudit , dixitiis superbientem pauper honoris affectator offendet intolerabilius . Ante omnia vero ne ita nos geramus , unde alteri occasio præbeatur ambitio- se disputandi . Id qvod tum metuendum erit , si ea signa in nobis pel- lucere sinamus , qvæ supra in Semeiotica inter Concomitantia , & qvi- dem Patientium , fuere recensita . Ut si qvis inepte adversarium admi- retur , eo ipso ambitionem ejus quasi invitabit : si nimia lenitate peccet , (qvod Lentitudinis vitium in Signis Concomitantibus Patientium omis- sum , omnino addendum fuerat) non paulo eum faciet ferociorem . Ut vero occupationes malæ omittendæ : ita ex adverso bona , unde virtu- tis accessio speranda , non sunt inhibendæ . Speciatum impatientes alieni-

næ immodeſtiæ disputatores ne imitemur, aut ejusmodi vitæ genus eli-  
gamus, cuius deinde vitia & in hanc societatem afferantur. Ita rabu-  
la vel verbulo in disputatione laceſſitus, mirum, ni ex artis ſuæ con-  
ſuetudine oblatrabit. Denique ultimo corporis etiam hic habenda eſt  
ratio, ut ne lassus ad diſputandum aceedat. Alias periculum eſt, ne,  
qvod in vulgato illo dicitur, contingat: *lassus rixam querit*. Ita etiam  
qui à latrante ſtomacho jam intus vellitur, multo diſſicilus externas ir-  
ritationes ſuſtinebit. E contrario idem erit metuendum ei, quem ebrie-  
tas facit iracundiorem, ſi ante diſputationem, cerebri ſuī ſpiritus gene-  
roſa potionē dum vult excitare, nimium ſorbendo perturbet.

(2) Præſervatoria ſive Emendans Ratio Status Immanens patientis  
ſive laſi Ambitiosa Diſputatione, in eo poſita eſt: ut Ambitionis, Su-  
perbiæ, ~~nevo dozies~~ ac arrogantiaæ alienæ impatienciam, (cujus incre-  
menta impediendi rationem haſtenus monſtravi) re ipſa ſibi minuat,  
& pedetentim tollere ac funditus eradicare querat, *J. N. p. 50. Leg. XII.*  
adhibitis ac applicatis ſibi Moralibus Remediis Præſervatoriis, enum-  
eratis atque expositis, *Eth. p. 627. cap. III.* Qvorum ſumma hæc eſt: ut  
ad perferendam alienam vanitatem atque jactantiam, cauſas impati-  
entiaæ noſtræ & effectus nobis elevemus, minuendo ineptitudinem patien-  
di noſtram, laſionis ſenſum, & laſionem ipsam. Id ita fiet, ſi universam  
malorum colluviem ſemel certo proposito ex animo exturbemus. Nam  
ſi vel unicum in nobis vitium reſidere patiamur, nunquam à turbis eri-  
mus ſecuri. Quo generali vitiorum omnium propulſatione quamvis &  
impatienciam, pars eorum non minima, in fugam jam ſit verfa: tamen con-  
gregienti cum ambitioſo, ea nominatiū iterum generoſo animi decreto,  
hostiliter eſt perſeqvenda, firmiterque ſtuendum, qvaſi oppoſito præ-  
ſidio, qvantocunqve insultu impatienciam nos infestet, tamen à rectæ  
mentis ſtatu nunquam per alienam ſtultitiam dimoveri; ſed digna  
viro gravitate alterius ineptientis levitatem luſtinere, nihilque com-  
moveri neqve viii ejus, qvibus ad hanc impellitur, neqve incom-  
modis noſtris, qvibus inde laeditur. Huic certo deliberatoque animi  
confilio, vota precesque ad DEum directæ adjungantur, ut ipſe illud,  
cujus eſt auctor, perpetua constantia roborare, felicique executione  
proſperare dignetur. Et ne qvid ipsimet in nobis deeffe patiamur:  
primo à cogitationibus, qvæ viii, & ſpeciatim impatienciam, ejusdem-  
que cauſis patrocinantur, ad eisdem adverſantes mentem applicemus.

Putà, ut nil nisi patientiam, nisi modestiam, nisi mansuetudinem consimilesque virtutes meditemur. Et è contrario vitiosis cogitationibus ad opposita via si extimulemur, easdem refutemus ad eum modum, quo Erasmus in Milite Christiano refellit illam communissimam semet vindicantium formulam : *Vim vi jus est repellere cap. VIII. p. 124. & 126.*  
 Quid igitur futurum est, inquis, si procacitatem alienam mea lenitate aluerò, & veterem ferendo injuriam, invitato novam? Si potes malum sine tuò malò vel effugere, vel depellere, nemo te vetat facere: sin minus, cave dixeris, facere satius est quam pati: Si potes, emenda, vel beneficiis obruens, vel mansuetudine vincens: Sin aliter, præstat alterum perire, quam utrumq; præstat te patientie lucro ditescere, quam mutua talione mali malos ambos fieri. Ergo Christianum decretum sit, cum omnibus amore, mansuetudine, beneficio certare: contentione, odio, obirectione, contumelia, injuria, vel infimis etiam libenter cedere. Sed indignus est, cui bene fiat, cui concedatur. At dignum te ut facias, dignus Christus, ad cuius gratiam sit. Neg; ledere quenquam volo, a-  
 junt, neg; ledi me patiar. Imo tu Iesus, ex animo remitte noxam, ca-  
 vens, ne quid sit, quod quicquam tibi remittat. Tam observans esto  
 in vitando culpa tua, quam facilis ad remittendam alienam. Præterea  
 mentem ab impatientium Disputatorum exemplis aut distrahamus, aut  
 sorum censura instituta Curatione perpensa, ex alieno vitio remediu-  
 um petamus nostro. Insuper ad nos ipsos respicientes, Conscientiae  
 examine à noxa nos præservemus, actiones præentes continue atten-  
 dendo, ne quid inadvertentibus surrepat mali: Præteritas recolendo,  
 ne idem denuo committamus, quod jam temel nos traxit in culpam:  
 futuras præmeditando, ne imparati ex improviso invadamur. Ad quod  
 ultimum imprimis prudenti de malorum fuga deliberatione opus est. Ut  
 nimirum media eradicanda impatientia, ab aliis adhibita aut tradita, cir-  
 cumspete observemus, aut nova solerter inveniamus nobis accommo-  
 datoria. Qva ratione præmunitus animus, armisque instructus, facili-  
 us ingruentium temptationum impetum sustinebit. Proxima huic opera,  
 omnium facile princeps, in affectuum præservatione occupatur. In  
 qva primum illud est: ut cujuscunq; affectus, etiam optimi, frænum  
 mordentis, impetum saltem paululum impediamus & retardemus, ne  
 rationem prævertat, ejusque judicium eludat; sed attentionem exami-  
 nis, ut aurigam, cogatur pro directore admittere. *Quamobrem alte-*  
*gius*

rius ambitione ne protinus impatientia, ejusqve calcare ira excande scere animum finas. Sed quo natura propensiores ad hoc vitiis, (verba sunt Erasmi, quæ huc prorsus spectant, in Milit. Christ. sub fin. p. m. 187.) tanto diligentius temet multo ante premunito, semelq; hoc decretum penitus animo insculpas tuò, ne quid unquam vel dicas, vel facias imitus. Nihil tibi credideris commoto. Suspectum habeto, quicquid impetus ille animi dictaverit, etiamsi sit honestum. Memineris inter pbreneticum & ira bacchante nihil plus interessere, quam inter brevem & perpetuam insaniam. Succurrat, quam multa per iram vel dixeris, vel feceris penitenda, que jam frustra mutata cupias. Proinde cum tibi bilis effervesceat, si te non potes illico totum ab ira vendicare, saltem catenus resipiscere, ut te memineris sanum non esse. Hoc meminisse, sanitatis pars est nonnulla. Sic tecum cogita: nunc quidem ita sum affectus, at paulo post multo alia mente fuero. Cur ego interim dicam in amicum inatus, quod postea placatus mutare non queam? Cur nunc faciam insanias, quod mihi redditus magnopere doleam? Cur non hoc potius à me impetrat ratio, cur non imperret pietas, deniq; cur non impetrat Christus, quod tempus ipsum paulo post imperrabit. Nemini (opinor) tantum atra bilis addidit natura, quin saltem hactenus sibi posse impenerare. Alterum est: ut affectus ab alio deflectantur in aliad, unde virtutis fiat instrumentum, qui modo crimen erat. Ita Erasmus ibid. *Via cum laude intrisci? Inscere vicio, non homini.* Cujus vero affectus opera ita benefici non licet, eum ut hostem acriter constanterque oppugnemus, usque dum expugnemus. Qvod assequemur, si commode adhibitis Rhetorum adminiculis alienam ambitionem, &c, si qva inde offensiacula facta est animi nostri, extenuemus, malum elevantes, cum in se, tum qvod à tali proficiuntur, denique & quid nos deceat perpendentes, his ferme modis: Ambitiose disputat. Sed non, ut mihi ægre faciat; verum coactus, quia talem volunt, qvorum gratiam ambit. Praeceptoribus ita institutus est. Magis ineptiis, quam improbitate peccat. Alios me superiores gravius læsit. Adolescens est, rerum imperitus: indignum est ei indignari. Amicus est, amicitiae est Ignoscere. Beneficus est, Praeceptor, Patronus est. Par est, hoc doloris illius vel charitati vel auctoritati condonari. Tulit me qvondam sui similem. Æqvum est vicem rependere. Ætate eum præcedo: convenit & virtute præcedere. Eruditior sum; turpe foret, nisi & melior essem. His talibus argumentis

etis & præsentem affectum, impatientie cauissam, debellemus, & futurum præveniamus. Qvodsi autem nihilominus perturbati peccaverimus, poenitentiam agamus, cuius dolorifica molestia nos deterreat, ne veterem iteremus noxam. De sensibus externis, qvæ in præcedenti Ratione status dixi, qvoniam iis nihil nunc addere habeo, illinc assumentur, qvæ ad hunc locum pertinent; hoc solo insuper observato, qvod Logica, Poëtica, & Mnemonica, qvæ ibi saltem à vitii propagatione fuerunt prohibita, hic ad ejusdem extirpationem sint adhibenda. Externorum vero sensuum usus ille facile princeps erit, ut audiamus videamusqve disputationes, qvi, dum injuriam ex ambitione aliena ortam pati aut majori etiam mensura reddunt, qvam acceperunt, in omnium vituperationem explosionemque incident. Curandum est etiam ante omnia, qvam primum alterum intolerabiliter se jactare videmus, nosq; commoveri sentimus, ut sermonem, si præcidere non liceat, alio derivemus, ubi & alter, velut pīcīs extra elementum suum, ut Germanorum habet dicterium, quiescere cogatur, & inde nos etiam sedationi animo versari possimus. Præterea non parum hoc etiam ad rem: Si ita multa invicem communicanda præmeditemur, ut quantumcunque nostri disputationis socius interdum extra modestiæ limites evagetur, tamen nobis eum seqvi ne vacet quidem. Sed ad eam semper feramur, qvæ est hominis propria, veri inquisitionem, atq; investigationem. Cic. Off. lib. I. p. m. 465. b.

(3) Curatoria Ratio Status ipsam denique nobis virtutem procurat, & auget, nimirum patientiam alienæ ambitionis, qva nos lædi, aut læfosi esse, aut læsum iri querimur, J. N. p. 51. Leg. XIII. Idque applicatis Remediis Moralibus Curatoriis, Eth. p. 639. seqq. Hanc igitur ad virtutem obseruemus viam. Primum, ut ingenti animo blande disputandi propositum concipiamus, conceptum urgeamus. Nihil unquam vehementer imperavit sibi humanus animus, quod non efficerit. Magna pars patientiae est, toto pectore velle fieri patientem. Erasm. Mil. Christ. p. m. 48. Hoc propositum ut exequamur, totos DEO nos regendos offeramus. Deinde & Intellectu & affectibus qya ratione ad vitii modo eradicationem usi fuimus, eadem hic ad inferendam virtutem utamur. Imprimis bene monentes de Patientia, ejusq; media demonstrantes, obedienter audiamus. In quibuscumque vero deprehenderis (ut Erasm. in Mil. Christ. p. m. 191. verbis ὡραγωδίκως utar) veram imaginem mansueti

DISPUTATORIÆ SOCIETATIS AMBITIOSÆ.

sueti disputatoris, cum iis te copula. Porro ubi desunt homines, quorum convictus te reddat meliorem, abducito te, quantum potes, ab humano consortio, & veteres Philosophos, Platonicos præcipue & Stoicos, in colloquium adseisce. Qvorum Principem Platonem qui sibi fecerit familiarem, non poterit non Socratis, quem ille ubique ferè inducit, disputatoris patientissimi pariter & jucundissimi exemplum adamare, amplecti, consecrari. Imprimis autem Christum in Evangelio disputantem æmulemur. Is cum sibi ab iratis Judæis, præter mali genii crimen, atrocis convicti loco in os jaceretur, Samaritani vocabulum: convictio neglecto, quod nihil opus esset refutare, ad crimen, quod veritati obstareret, solum respondebat. Joh. VIII. 48. Ergo tanto nos patientius ferre debemus ambitionem, quanto hac maledictum est deterius. Tandem non inscitum fuerit & illud, si aliena superbia nos ad vitium instigante, mox eam ipsam vertamus in remedium, quasi venenum veneno pellentes. Id ita fiet, si, quantum ipse in vitium, tantum nos in virtutem nitamus, ex malitia bonitatis capientes incrementum. Hinc etiam cum Novarino in Arcanis DEI beneficiis læti habeamus, quod inter malos nobis sit vivendum. n. XXX. p. 97. Denique & aliis virtutibus operam demus. Ex qvarum cultu omnino etiam patientia proveniens est sperandus. Cujus generis est Magnanimitas vera. Nam si Magnanimus fueris (ut inquit Seneca) nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: Et cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuisse. Scito enim, magnum & honestum vindictæ genus esse, Ignoscere. Quod idem nos & Arcanæ nostræ Literæ doocent 2. Petr. I. v. 5. Subministrate in fide vestra virtutem, in virtute vero scientiam, in scientia vero temperantiam, in temperantia vero patientiam. In summa, ad eundem modum plurimæ virtutum species, nobis ad alienæ ambitionis patientiam erunt adjutrices. De qibusc vero singulis infinitum foret speciatim dicere. Qvare hæc sufficient de hac Ratione Status. Reliquas stylo meo pressiori, tantummodo quod ad summa capita perstringam.

S. VII. Ratio Status Immanens (1) Præparatoria Disputatoris ambitione disputando adversarium lædantis, in eo consistit, ut sibimet ipsi applicet Remedia Moralia Præparatoria, Etb. p. 617. c. II. ad Incrementa Ambitionis impedienda. Conf. J. N. p. 51. Leg. XIV. Qvamobrem omittat serio velle Ambitionis ulteriora augmenta; Nolle vero Modestiam

destiam disputationibus commendabilem producentia, conservantia, promoventia omnis generis. Minimum qva illud impetrare à sua possit malitia, donec sensim fiat tolerabilius, minusq; noxia, & pudenda, &c. Imprimis sedulo curandum erit, ne audiendo, videndo, loquendo, legendō ea, qvæ Intemperantiam Honoris multiplicant, se corruptiore efficiat. Nec aures nec oculos ab iis avertat malo consilio, qvæ destruant superbiam, ferociam, impudentiam, &c.

(2) Præservatoria in eo posita est, ut usurpet Remedia Moralia Præservatoria, Eth. p. 627. cap. III. ad arrogantiam Ambitionemq; propriam, ac vanæ gloriae ex disputatione captandæ cupiditatem raditus extirpandam, aut certe minuendam. J. N. p. 52. Leg. XV. Mutent igitur vel certe minuant Ambitionis Disputatoria augendæ proæresin, DEumq; precentur, ut Ambitionem debellare ac vincere conantibus auxilio sit ac adjumento. Qvæ ipsa precando exercita Velleitas, ut initium est resipiscientia & conversionis, sic natura sua ad ipsam voluntatem dicit. Ad hæc ab iis omnibus, qvæ Ambitioni inserviunt, ad ea, qvæ modestiam inducunt, mentem distrahat. Refutetq; etiam meditationibus seriis ea omnia, qvæ ullo modo videntur obstatre Modestia, & honoris Intemperantiam promovere. Præterea animitus improbet ac aversetur tam alienam, qvam propriam Arrogantiam. Deq; remedii ad Ambitionem tollendam respectu loci, temporis, &c. idoneis serio secum deliberet. Eaque in aliis observandi & colligendi & inveniendi & comparandi & execvandi legitimè necessitatem sibi incumbere, omnino arbitretur. Qvod si autem imbecillitat suæ consulere ipsem non sufficiet, prudentiores aeat, eosq; audiat & in consilium adhibeat. Disfluadentesq; arrogantiam libenter obedienterq; attendat. Et oculos iis pascat suos, qvæ Ambitionem sibi exprobant, & ad deponendos Spiritus, & minus de se elatè atq; magnificè sentiendum invitant, irritant, infligant, cogunt. Mentemq; aures ac oculos ab iis omnibus, qvæ ulla ratione Modestia nocent, ad opposita pro virili derivet, vitando ea consortia, libros, picturas, spectacula, qvibus Ambitio ac ostendandi sese cupiditas accenditur ac inflammatur; qværendo autem contraria, & linguæ moderando, ut ea loqvatur tantum, qvæ ad valedicendum arrogantiae faciant, superbiam, ~~κερδοξιαν~~, ferociam, iracundiam infringant, alienæ gloriae impatiens debellent, contemnendiq; ac insultandi aliis libidinem, invidiamq;

DISPUTATORIÆ SOCIETATIS AMBITIOSÆ.

tiamque prosternant, impudentiam, similitatem, irritabilitatem, vindictæ intemperantiam proflicant, jactantiam ac superbiloquentiam, nec non scpticismum, maledicentiam, ac injuriositatem superent, & impietatem in fugam vertant. Denique imitetur eorum industram, qui fortiter laudabiliterque cum Ambitione pugnarunt. Eos vero in Contrarium æmuletur, qui studuerunt illam augere.

(3) Curatoria Modestiam aget ac promovet, *J. N. p. 52. Leg. XVI.* Remediis Moralibus Cūratoriis, *Eth. p. 639. c. IV.* sibi applicatis. Qvamobrem serio sibi proponat oportet, modestè disputare, DEumqve roget, ut sibi modestè agere volunti suā gratiā adsit. Ea qvæ meditetur, qvæ Modestiam promovent, atqve ad ea ab iis, qvæ spiritus augent, mentem animumqve distrahat. Modestiamqve in se, pariter ac in aliis, laudet. Nec non de illa agenda pro virili sollicitum esse convenit, circumspiciendo & excogitando media idonea, & continuando ac anticipando atqve refuscitando affectus, Modestia augendæ usui futuros. In primis vero moderatum honoris, famæ, & auctoritatis desiderium, & moderatam oppositorum fugam. Ad hæc omnis generis propria ac aliena adminicula atqve recordatoria sibi comparet ad hanc virtutem obtinendam. Colatq; consortia, legatq; libros, qui modestiam inducunt. V. Gr. Christiani Weisii Disputationem de *Adhibenda in Disputando Modestia.* Qvam etiam promittat, ita ut vel proprius pudor illam cogat observare vel nolentem. Magnanimitati veræ studeat. Imitetur modestos. Ambitiosos vero in contrarium imitetur.

S. VIII. Ratio Status transiens eorum, qui Ambitione adversarii sui læduntur,

(1) Præparatoria universim consistit in eo, ut adversario suo Ambitionis Remedia Moralia Præparatoria, *Eth. p. 617. cap. II.* applicent ad impedienda Ambitionis incrementa. *J. N. p. 53. Leg. XVII.* Id quod impetrabunt, si omittant ea, qvæ excitant, fovent, intendunt, ac augent alterius ambitionē disputandi (*α*) Voluntatem. Non igitur laudent adversarii sui & aliorum arrogantiam, *κενοδοξίαν*, ambitionem, superbiam, elationem animi, jactantiam, ac ostentandi sele suaqve prædicandi aliis atqve exaggerandi cupiditatem, & hisce vitiis infectas ac depravatas disputationes. Neque contemnant aut ludibrio habeant modestos, eosve plane vituperent. Nec gloriæ inde assequendæ spem adversario

sario faciant. Neq; data opera studeant irritare crabrones, aut ignem gladio fodere, sive jam irritatos, sive nostra sive propria culpa, ulterioris irritare. Neque ostendant adversario, qvantopere Ambitione suâ ipsos lñdere possit. Sed dissimulent, & in jocum vertant, atqve accipient seria maledicta quasi joca. Imo, totam disputationem, ut lusum aliquem, saltim in animo suo, si externè id æqve non recte fiat, tractent.

(2) Facultatem. Hinc exemplo suo Ambitionem, aut ambitiosas expressiones, vultum, gestusq; denique superbos, aliave promovendæ arrogantiæ media docere, suppeditare, & communicare intermitat. Neque aperte nimis cum suspectis agat, ne, in qvibus scientiis minus sit versatus, relictant, unde occasionem ambitiose de iis coram nobis imperitis disputandi arripere possint.

(1) Præservatoria (*vid. J. N. p. 53. Leg. XVIII.*) posita est in Ambitionis Remediorum Moralium Præservatoriorum, *Eth. p. 627. cap. III.* adversario facta applicatione, ad minuendam ipsius ambitione disputandi

(a) Voluntatem, admonendo, dehortando ipsum obliqvè arguteqvè (si minus aperte licet) de damno & dedecore ex Ambitiosa disputatione oriundo; memorando quasi per accidens exempla disputatorum ambitiosorum punitorum, contemtorum, irrisorum, eliminatorum è societatisbus: Ambitionem ac inde ortas vitiosas disputationes vituperando, contemnendo, earumq; membra detestando ac aversando, ut odium excitetur adversario erga ejusmodi controvertendi genus.

(3) Facultatem, adversarium qvantocyus à materia, in qua ambitionem suam exercet, ad aliam ei minus commodam deducendo. Ita Jamblich. de Myst. Ægypt. 3. XXV. f. Non existimamus opera pretium, bis immorari, ut, que potius contradicendi studio, quam philosophice disquisitionis gratia proferuntur.

(3) Curatoria consistit in eo, ut adhibeant Ambitionis Remedias Moralia Curatoria, *Eth. p. 639. c. IV.* ad excitandam & augendam Modestiam adversarii. *J. N. p. 54. Leg. XIX.* suadendo quam affectuosissime hanc præstantissimam ac nobilissimam virtutem, ejusq; causas & effectus, imprimis Magnanimitatem veram, non Aristotelicam; alienæ glorie patientiam, mansuetudinem, innocentiam, lenitatem, pietatem. Ita dehortando & impellendo ipsum, & verbis & suo etiam exemplo, ad imitationem aliorum modestorum disputatorum, imo ipsius adeo etiam Christi, qvorum exempla cum omnibus suis circumstantiis ita, ut in adversario

fario æmulatio ac ardor imitandi producatur, enumerare fusiū atque prolixius proderit omnino. Omnesque pro virili moveant lapidem, ut ambitiosos adversarius, quæ fieri potest, in contrarium imitetur, adhibitis ad multiplicandam modestiam iis remediis, quibus gloriæ ac laudibus atque titulis acquirendis dediti, ambitione occœcati, pravè, perverè, stultèque utuntur. Adhæc exemplo suo, oppositis juxta se positis, contendant, ad pudorem incutendum alteri immodestia modestia sua, clamorositas tranquillitate, præcipitantia moderatione, &c.

§. IX. Ratio Status Transiens eorum, qui Ambitione sua alterum lœdunt,

(1) Præparatoria requirit ab ipsis, ut ei, qui indigne atque injuste læditur, applicent Impatientiæ Remedia Moralia Præparatoria, Eth. p. 617. Cap. II. quod ipsis Impatientiæ accessionibus obstaculum ponatur, J. N. p. 54. Leg. XX. Quod fieri, si omittantur ea, quæ possint alterum ferendæ læsioni reddere ineptiorem. Idcirco Ambitiosi Disputatores caueant, nec ulterius cum contemptu & vilipendiō, aut irrisione adversarii ambitiosos se quod ad gestus, verba, & alium corporis habitum ac mores gerant, aut ita, ut condisputanti intolerabiles videantur, & inde tota Societas Disputatoria justo citius dissolvatur. Quo neglecto officio, minime omnium finem illum, quem disputando obtinere sperant, consequentur. Neque, propterea quod se adversario suo multo superiorem, sagaciorem, prudentiorem, ac artificiosiorem in disputandi negotio probaverint auditoribus, gaudio ita exultent, ut adversarium suscepit officii atque disputationis pœnitentiat. Neque adversario suo simplicitatem, ruditatem, stupiditatem, atque disputandi imperitiam, & *ἀσωτίαν*, imprudentiamque, atque inertiam expobrent, quod sibi imponi in tam manifesta ac facili & cuivis obvia materia passus sit. Neque ostentent aut exaggerent damnum datum, quod oblivioni tradere potius conducedit.

(2) Præservatoria consistit in applicatione Remediorum Moralium Præservatoriorum, Eth. p. 627. cap. III. adversario suo facta, ad minuendam ipsius Impatientiam, ejusque causas & effectus. J. N. p. 54. Leg. XXI. videlicet, ineptitudinem patiënti, & læsionis sensum. Quod impetrabunt, si meditentur, & loquantur ea, quæ impatientiam alterius minuunt, ambitionemque propriam excusent, extenuentque, ut læsus errorem aut præcipitantiam, non vitium esse putet. It. confiteantur adversario suam imbecillitatem, ostensaque pœnitentia, aut deprecatione, aliove modo

modo ei satisfaciant, atque in futurum caveant. Tristitiaqve & iram atque vindictam læso minuant. Suisque vitiis, nimirum, ambitioni, superbia, jactantiae &c. moderentur minimum ad tolerationem usque mutuam.

(3) Curatoria ab ambitioso disputatore exigit, ut utatur Remediis Moralibus Curatoriis, Eth. p. 639. cap. IV. ad promovendam & augendam patientiam adversarii. J. N. p. 55. Leg. XXII. Qvod fiet omnibus laudibus eruditionem atque doctrinam ejus prosequendo, officiisque omnigenis & commendationibus benevolentiam, quæ ambitiose disputando amissa erat, recuperando. Contemtumque, quo ambitiose disputando adversarium læsimus, veneratione compensando.

§. X. Ratio Status Immediata Tertiiorum sive eorum, qui præter disputantes, intersunt disputationi, ut auditores, erga disputantes læsos (J. N. p. 55. Leg. XXIII.) iterum totuplex esse potest, quotuplex ambitionis Ratio Status Transiens & læforum Ratio Status Immanens. Quamobrem

(1) Præparatoria in eo consistet, ne impatientiam ambitionis alienæ augeant. Omittant igitur augmentia ipsis ineptitudinem patiendi, sensumque & magnitudinem ac indignitatem damni, ex ambitione oppositione vel responsione perpessi. Caveant, ne irritent eos superflua recordatione, inepta excusatione vel consolatione, aut irrisione plane & exprobatione contumeliae illatae, vel confirmatione & asseveratione injuriæ, ex ambitione alterius acceptæ.

(2) Præservatoria imponit necessitatem ei, qui læditur, ambitionis alienæ impatientiam Remediis Moralibus Præservatoriis minuendi. Suppliant igitur illi, qui Tertiiorum nomine veniunt, illius, qui læditur, Rationem Status Immanentem Præservantem, distrahendo mentem ipsius à sensu & cogitatione mali, qvod patitur; consolando aptè, aut dissuadendo impatientiam, probando exititatem damni dati, & quam præterea non sit minor sibi, & aliis bonis, modestiamque amantibus, ostendendo.

(3) Curatoria adhibet Remedia Moralia Curatoria ad promovendam ei, qui læditur, arrogantiae alienæ patientiam. Quem in finem in eo toti sint, ut læsus offensione adversarii sui lætetur perpessa, exemplo & monito ipsorum: & ut concipiat erga lædentem adversarium ambitionum misericordiam, aliosque affectus, bonis animabus dignos. Id qvod eo magis ipsi possunt, quo facilius illæsi & valentes recta consilia

læsic

hæsis & ægrotis dabunt, qui plerumque minus præ perturbatione animi hoc poterunt & volent.

§. XI. Ratio Status Immediata Tertiorum erga lædentes (*J. N. p. 55. Leg. XXIV.*) disputatores ambitiosos

(1) Præparatoria id postulat, ut omittant ac vitent omnia irritamenta & auxilia ambitionis & ambitiosè disputandi. Qvamobrem eos neque instigent, aut adigant ad aībitiosè disputandum, & ambitiosarum disputationum repetitionem, imitationemve, præmiis, laudibus, informatione, &c. Nedum participant de fructu ambitiosæ disputationis, aut exemplò doctrinâve præeant, neq; ambitiosis disputationibus applaudant. (2) Præservatoria in eō sita est, ut Remediis Moralibus Præservatoriis, & voluntas & facultas ambitiosè disputandi minuatur, dehortando ab ambitione, atq; superbia pro virili, qvam efficacissime id fieri præsentibus circumstantis queat: detegendo, puniendo, inhibendo ambitionem, jactantiam, superbiam alterius, gestu, vultu, voce, & silentio: Deserendo tandem rixosos ineptosque disputatores.

(3) Curatoria omnem impendere jubet operam, ut ambitiosus reducatur ad bonam frugem, & modestiz studere incipiat. Qui finis obtainendus est hortationibus opportunis & doctrina, exemplis, præmiis, poenis. Maxime, si gloria intemperans disputator inferior, & tertii, à qvi- bus hæc Ratio Status exercetur, obnoxius sit. V. Gr. Amicus, filius, au- ditor, discipulus, cognatus, contubernialis, conterraneus, commensalis.

§. XII. Ratio Status Mediata (de qua vid. *J. N. p. 55. Leg. XXV.*) Tertiorum erga utrumque disputatorem, totidem, qvot Immediata Tertiorum Status Ratio, capitibus hic recurret: præstando nempe hæc ea- dem, de qvibus modo dictum est §. X. XI. quando per se ipsos non licet, per intermedium personam aliam vel unam, vel multiplicem. Videl: ter- tiam, quartam, quintam.

§. XIII. Ratio Status Attollens (*J. N. p. 55. Leg. XXVI.*) obligat & excitat disputantes ad perfectiorem aliam Societatem ex disputatione faciendam. Imprimis ad Commeditationem, *J. N. p. 156. §. VII.* (in qvam hæcce disputatoria Societas reformanda jam supra in fine Physiologiaz Axiom. (2) dicta est) & Judiciariam Societatem, *J. N. p. 179. §. XXVIII.* provocando ad auditores bene selectos, tanquam judicare ido- neos, non imperitiores ipsis disputantibus, præjudicis & erroribus cor- ruptos ipsos æque, vel corruptiores disputantibus, vitiosioresve morali- ter, & partium studio præventos, ac irretitos; sed qui possint & velint tece

recte judicare. Nam alias nova erit corruptela, imo misera, si periti bonique disputerent, imperiti judicent. Qvæ Ratio Status Attollens ex Judiciariæ Societatis natura ulterius deduci posset, qvod ad quantitatem & qualitatem auditorii, qvæ omnis generis suam habebit & commoditatem & incommoditatem yariam. E. Gr. Plures non æqve facile omnes partium studio abripientur, pauciores facilius concordabunt, & selectiores suppetent, &c. Unde, qvam periculose sint futuræ Publicæ Disputationes Germanicæ, decidetur facile. Patet etiam hinc, qvo jure censenda sit recepta hodiè disputandi consuetudo Præsidaria, qvando assumentur Præses, i. e. Director disputationis, & disputantium, sane utrorumq; intelligendus: non qvasi soli Respondenti auxilio futurus. De cujus item qualitate, imo & surrogatione, vel combinatione, aut pluribus eligendis Præsidibus, ex natura Rectoris simul & Didacticæ Societatis speciatim amplius dispiciendum esset. Ita more nostro receptum est, Præsidi interdum etiam Moderatorem dari. De qvorum officiis hic agere locus non est. Interim si Præses sit pejor disputantibus, res deterior evadet eo magis, aut si adulator sit, & Respondenti suo applaudat, qvod bene responderit, qvando vel nihil, vel certè ad rem nihil dixit: sive rixosus, superbus, avarus, &c. exemplo & exercitio nocens, &c. Tandem etiam ad Compositionem hortatur Ratio Status Attollens. Non qvidem eam, qva vel Opponent vel Respondenti vel utriq; adjungitur tertius vel plures. Unde Materialiter Compositæ, vel Disputatoria Collegia ejusmodi Disputationes audiunt. Vid. J. N. p. 172. 173. Sed eam, qva Disputatoria Societas cum aliis Societatibus componitur, Privatis & Publicis. E. Gr. Si in Senatu de salute Reipublicæ disputeretur: omnino disputatione erit præstantior, qvam inter Litteratos umbraticos de lana caprina disceptatio. Cujusmodi compositiones Disputationum cum reliquis Societatibus, instituere nunc non licet. Qvare eas relinqens, illud solum notatu non indignum: Compositam Rationem Status in Praxi esse perpetuam, ob indivulsum nexum vitiorum, tanquam morborum. Qvare magna prudentia opus est ad miscenda & componenda Remedias, ne, dum uni vitio volumus mederi, Remedio tale quid insit, unde alterum augeatur.

§. XIV. Deniq; licet fieri possit, ut ex hisce Rationibus Status nulla interdum possit à nobis præstari: unum tamen illud Remediiorum generosissimum nunquam nobis eripietur. (J. N. p. 56. Leg. XXVII.) Nempe Preces pro nobis nostrisq; Sociis, totaque Societate fundenda ad DEum. Cui pro præstito auxilio sit Laus, Honor, & Gloria.



DISPUTATORIÆ SOCIETATIS

tiamque prosternant, impudentiam, simultaneam intemperantiam profligent, jactantiam non scopticismum, maledicentiam, ac injuriatatem in fugam vertant. Denique imitetur fortiter laudabiliterque cum Ambitione pugnare contrarium æmuletur, qui studuerunt illam aug-


(3)

get ac promovet, *J. N. p. 52. Leg. XVI.* Re*riis, Eth. p. 639. c. IV.* sibi applicatis. Qvam oportet, modestè disputare, DEumque roget lenti suâ gratiâ adsit. Eaque meditetur, qd atque ad ea ab iis, qvæ spiritus augent, membrum Modestiamque in se, pariter ac in aliis, laudanda pro virili sollicitum esse convenit, cirndo media idonea, & continuando ac antido affectus, Modestia augendæ usui futuros. honoris, famæ, & auctoritatis desiderium, & fugam. Ad hæc omnis generis propria ac accordatoria sibi comparet ad hanc virtutem offertia, legatque libros, qui modestiam inducunt. Disputationem de *Adhibenda in Disputandis* promittat, ita ut vel proprius pudor illam contemnet. Magnanimitati veræ studeat. Imitetur vero in contrarium imitetur.

*S. VIII. Ratio Status transiens corun*  
rii sui læduntur,

(1) Præparatoria universim consistit in eo, unius Remedia Moralia Præparatoria, *Eth. p. 61.* pedienda Ambitionis incrementa. *J. N. p. 53.* petrabunt, si omittant ea, qvæ excitant, fove alterius ambitionis disputandi (2) Voluntas adversarii sui & aliorum arrogantiam, *excedentiam*, elationem animi, jactantiam, ac ostenditiam aliis atque exaggerandi cupiditatem, & his vatas disputationes. Neque contemnant auctos, eosve plane vituperent. Nec gloriæ in-

I 2



the scale towards document

atem, vindictentiam, necrent, & im-  
ulstrialiam, qui vero in Con-  
destiam au-  
bus Curato-  
ri proponat  
te agere vo-  
promovent,  
re distrahat.  
de illa au-  
excogitan-  
refuscitan-  
moderatum  
ppositorum  
la atque re-  
olatq; con-  
istiani Wei-  
Qvam etiam  
vel nolen-  
bitiosos ve-  
ne adversa-  
o Ambitio-  
cent ad im-  
d qvod im-  
, ac augent  
tur laudent  
iem, super-  
e predican-  
is ac deprae-  
ant mode-  
spem adver-  
fario

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]